



RM Jr. II.

429

R.M.Ir. H.  
429.

As neli komukit Gebel qm balina  
atta at solofuari scolaba.


De legitima vocatione pastor' Celsi  
reformation

As neli

Tom

Logigita

Magyar Butsamo se 1798.  
Ragy nyomatatj de lehet  
benne feji rgarsigohat  
egyugyen eli adva  
Pisfirt ki mostoni vilag!  
y el vele  
Joh. Butse



R  
2005

*Hamend ad 3 Libe 3,*

838

DE DISCIPLINA  
ECCLESIASTICA  
SEV GVBERNATIO-  
NIS ECCLESIASTICAE LEGITI-  
MA FORMA, IN VNGARICA NATIONE  
cis Tibiscum, ex verbo Dei petita, & conformi cum ve-  
terum recentiorumque in Ecclesia doctorum constitutioni-  
bus, ad vitam & mores ministrorum regendos, atque ad de-  
centem ordinatamque in Ecclesia functionem, ac ad tuen-  
dam pietatem & honestatem composita, consilio &  
opera Georgij Gónci Pastoris Ecclesiae  
Debrecensis &c. Anno Christi  
M. D. LXXVII.

1. Corinsh. 14.  
*Omnia honestè, decenter & ordine ad edificationem  
fiant inter vos.*



DEBRECINI,  
Excudebat Ioannes Czaktornyai, Anno Domini  
1591.

*In Coll. Histor. Eccl. Debrecensium 4.*

DE DISCIPLINA

# ECCLESIASTICA SEV GVBERNATIO-

NIS ECCLESIASTICAE LEGITI-  
MA FORMA, IN VNGARICA NATIONE  
cis Tibiscum, ex verbo Dei petita, & conformi cum ve-  
terum recentiorumque in Ecclesia doctorum constitutioni-  
bus, ad vitam & mores ministrorum regendos, atque ad de-  
centem ordinatamque in Ecclesia functionem, ac ad tuen-  
dam pietatem & honestatem composita, consilio &  
opera Georgij Gónci Pastoris Ecclesiae  
Débreciensis &c. Anno Christi  
M. D. LXXVII.

1. Corinrh. 14.  
*Omnia honestè, decenter & ordine ad edificationem  
fiant inter vos.*



DEBRECINI,  
Excudebat Ioannes Czaktornyai, Anno Domini  
1591.

*In Coll. Histor. Cuius. Inscriptum 4.*

R  
1795

*Remend ad 3 Libr 3*



PIIS ET CANDIDIS LECTO-  
RIBVS SALVTEM ET OFFICII  
commendationem.



Uam necessaria sit disciplina in omnibus hominum ordinibus et vitæ ac functionis generibus, usus rerum quotidianus optimus testis est. Cum enim ipsa sit velut certa quædam regula et norma, ad quam omnia dicta et facta, mores item et vniuersa vita exigere debeant: Nihil sane absq; ea in quolibet vitæ ac vocationis genere, laudabiliter ac salutariter confici potest. Nam hæc etiam causa est, cur Diuus Paulus ministros Ecclesiæ grauitè ad decentem et ordinatam in Ecclesiâ functionem hortetur. Itaq; ut de vsitatæ politicæ disciplinæ partibus taceam, operæ precium

A 2 esse

M. ACADEMIA  
KÖNYVTÁRA



esse iudicavi, si de rationibus Ecclesiasticæ gubernationis pauca quedam dixerō, et causas nostri instituti in conficiendo hoc libello, et articulorum nostrarum Ecclesiarum publicatione ostenderō. Vocamus itaq; disciplinam Ecclesiasticam, talem legitimæ gubernationis seu cōstitutionis formam, quæ auctoritate Seniorum ex verbo Dei petita et sancita est, ad vitam et mores ministrorum regendos, ut omnia recto ordine in Ecclesia constituantur ad tuendam pietatem et honestatem. Huius duas constituimus partes. Primam dicimus esse gubernationem seu institutionem certis præceptis ac regalis comprehensam, quarum aliæ, mentes ministrorum informant, affectus, mores eorum voluntates regunt, aliæ vero linguam, gestus et facta gubernant. Secundam verò partem ponimus esse correctionem seu castigationem, qua Seniores Ecclesiarum, quibus hoc ius et officium ab Ecclesiis demandatum et commissum est, eos coërcent, ac  
pro

pro meritis puniunt, qui violata disciplina Ecclesiastica, pietatem et honestatem ledunt, et suis peruersis moribus et factis iniquis toti Ecclesiæ nocent. Vtrumq; nostræ Ecclesiæ quantum quidem fieri potuit in hisce articulis, breui compendio complexæ sunt. Canones enim sequentes ex scripturæ sacræ fontibus deprompti, clarè proponunt, quid ex officio suo ministros Ecclesiarum facere et omittere oporteat, et quam poenam daturi sint si aberrauerint. Ne quis igitur nos omni disciplina Ecclesiastica solutos, atq; propriis affectibus impulsos viuere, causari possit, et nostras Ecclesias Cyclosum more absq; ullis certis præceptis et canonibus gubernari, falso contendat, Articulos hos publicare ideo voluimus, ut omnibus piis testatum faceremus, nos ex verbo Dei, omnem officii nostri rationem, gubernationis legitimæ formam, mores ac pietatem hausisse, et cū Orthodoxa Ecclesia in omnibus administrationis nostræ partibus palam consentire. Habent nostræ

Ecclesie certas dioceses suis Senioribus cum legitima gubernatione iuxta articulos subiectas. Sunt in illis certi deniq; gradus et ordines ministrorum distincti, qui omnes data fide et dextra, caelestis doctrine veritatem ac puritatem suis in locis fideliter proponunt, et pacem Ecclesie publicam pari animo ac studio tuentur. Ceterum nostrae Ecclesie non recipiunt nec admittunt peregrinos et Novitios absq; literis, quas vetusti Canones <sup>ovsajmās</sup> appellant, quibus testimonium fertur de moribus, de studiis, de vita antea et rationibus et profectu unius cuiusque: Neque novos ministros assumunt vel promouent absq; publico Seniorum et reliquorum Pastorum suffragio ac testimonio. Sed primum omnium requirunt ab eis bonum testimonium de vita innocentia et moribus, iuxta Pauli canonem 1. Timo. 3. et 4. Deinde neminem recipiunt, nisi legitimam ante habuerit vocationem. Huc accedit quod tales sistuntur in medio Ecclesie,

sic, ac à Senioribus serio et diligenter de fundamento caelestis doctrine et praecipuis fidei articulis examinantur. Praeterea si digni ministerio Ecclesie censentur, accipiunt ob signatum publico Ecclesiarum nostrarum sigillo testimonium. Hunc igitur sapienter constitutum ritum nostrae Ecclesie, una cum sancta antiquitate et veteri Ecclesia, retinent, idq; his necessariis de causis: Primum ut veri, ac legitimi ministri ab erroneis seu Stellionibus discernantur, qui hinc inde sine certa ac fixa sede vagantur, ac Ecclesias inuadunt, ut eas turbent, et monstrosas opiniones ac falsa dogmata ad eas inficiendas spargant. Deinde ut Ecclesie, ac singuli pii certo cognoscere possint, num sana sit suorum pastorum doctrina, quibus tuto animas suas committere audent. Haec sunt igitur rationes quae nos ad huius libelli confectionem et articulorum publicationem non inuitos pertraxerunt, ut nempe in eum velut in quandam tabulam communem referrentur ea, quae doctrinae causa ad posteritatem essent transmittenda: Quod

Quod nostrum consilium sanis et piis omnibus probari non diffidimus, illis praesertim qui posteritati cum fructu inservire cupiunt. Oramus igitur Filium Dei, ut hos nostros conatus et labores in Ecclesia sua iuuet et promoueat, et discentium ac docentium mentes suo sancto Spiritu illustret, voluntates ad sui obedientiam flectat, et Ecclesiam suam inter nos et in nostra posteritate conseruet benigne. Amen.

Georgius F. Gönci, Pastor Ecclesiae Debrecinae, Supremus fratrum Senior.

# ARTICVLI EC- CLESIAE VNICIS ET ULTRA

TIBISCVM VERBO DEI COLLECTARVM, EX  
prioribus selecti, et in generali Synodo Varadina  
publicati, Anno Domini M. D. LXXVII.

VI. Februarii.

I.



VM IN DOMO DEI  
omnia ordine & decenter fieri oporteat, sancta Synodus iuxta Prophetica & Apostolica doctrinam statuit *εὐταξία* (hoc est, ordinem verbo Dei approbatum in doctrina & moribus) necessariam esse.

*εὐταξία  
observanda.*

II.

Deum verum à Prophetis & Apostolis agniti-  
dicimus eum esse, in cuius nomine baptizati sumus,  
nempe Patrem, Filium & Spiritum sanctum, vnum  
quidem natura deitatis aeternae, maiestate, gloria, operationibus & cultu: sed tribus hypostasis earumque proprietatibus verè distinctum. Qui igitur Deum ab hoc alium in Ecclesia annunciat, ab officio, post

*Verum Deus  
integre  
doendus  
& rite  
colendus,*

B

vnam

vnam & alteram admonitionem remouendum, & ex-  
communicandum sancta Ecclesia statuit.

### III.

Paulus Apostolus præcipit Episcopum non solum  
*ἁγιωτικὸν* esse debere, hoc est, cœlestis doctrinæ puri-  
tatem annunciare, sed etiam falsa ac impia dogmata  
verbo Dei confutare & retundere. Quapropter præter  
conciones sacras, Catechismus inuenti in cœu pu-  
blico vsuatis horis & temporibus proponatur. Atq;  
valde vtile esset vnam formam certis præceptis inte-  
grè comprehensam retinere & proponere, sicut Paulus  
Timotheo præcipit 2. Timoth. 1.

*Catechesis  
inuenti  
in cœu  
publico  
proponen-  
da.*

### IIII.

Impia verò doctrina conuincatur, refutetur & da-  
mnetur ex sacrae scripturæ fundamentis, ita tamen, vt  
legitimus processus & ordo in ædificationem Ecclesiæ  
conseruetur. Hæreticos iubet idem Apostolus, post  
vnam & alteram admonitionem fugiendos esse. Qua-  
propter cum hæreticis conuictis nemo temerè sine con-  
sensu Seniorum disputet; nemo in suam Ecclesiam di-  
sputandi causa eos attrahat; nemo cum illis conuertetur,  
cum scandalo piorum. Qui secus facere præsum-  
ferit, post vnam & alteram admonitionem, à suo Se-  
niore officio priuetur vsq; ad Synodum generalem.

Nemo

*Hæretici  
verbo Dei  
conuicti ca-  
uedi sunt.*

### V.

Nemo in articulis fidei, & in aliis religionis Chri-  
stianæ fundamentis, in ritibus ac sacramentis, priua-  
tim ac propria autoritate cum multorum scandalo &  
offendiculo, mutationem aut inuouationem facere præ-  
sumat. Sed si quid inuouandum aut mutandum seu  
corrigen- dum fuerit in consueta doctrina ac ceremo-  
niis, legitimè ex consensu totius Ecclesiæ in publica Sy-  
nodo fiat, Nam si quis aut in veræ doctrinæ capitibus,  
aut in sacramentis mutationem temerè instituerit, ad  
tempus generalis synodi à suo Seniore accedente con-  
sensu ministrorum Diœceseos officio priuabitur.

*Vnitatis in  
doctrina  
& religi-  
one ac cõ-  
formitas  
in ritibus  
seu cere-  
monijs re-  
tinenda:  
Temere  
vero pri-  
uatim ni-  
hil inno-  
uandum.*

### VI.

Vniuersa nostræ salutis ratio, vera item Dei, eiusq;  
voluntatis cognitio in scripturis Prophetarum & Apo-  
stolorum expressa a que consignata est. Quapropter  
nemo in Ecclesia præter hoc Dei verbum quod in Bib-  
liis continetur, docere præsumat. Quod etiam vt mul-  
torum locordia comprimatur, placet sanctæ synodo,  
vt qui Bibliis carentia ministerio arceantur.

*Verbum  
Dei solum  
pure est  
docendum.*

### VII.

In vestium vsu, quemadmodum & in cæteris re-  
bus externis, libertatem concedimus, ita tamen, vt mi-  
nistri

B 2

De vestitu  
decenti  
Ministro-  
rum.

nistri Ecclesiarum honestatem & decorum officio conueniens in habitu retineant. Nemo igitur vestitu militari, aut alio non satis competenti utatur, sed in vestibus etiam pietas, modestia & mediocritas obseruetur, omnisque luxur vitetur.

### VIII.

Examen  
ordinatio  
præcedat  
functionem.

Diserte ab Apostolo præcipitur, ut probentur prius qui ministraturi sunt, & sic in opus emittantur. Itaque citra personarum respectum omnes à docendi munere & administratione sacramentorum prohibemus, donec coram Ecclesia doctrinæ & morum examen instituitur: Hoc tamen addimus, Seniores posse, intercedente sacramento iurisiurandi, nonnullis perspectæ pietatis & integritatis hominibus, facultatem docendi usque ad synodi tempus concedere.

### IX.

Obstetrices  
baptizantes  
punienda.

Obstetrices baptizantes excommunicentur, & à publico Magistratu seuerè puniantur. Nam ut soli ministri Ecclesiarum ad hoc officium sunt delecti, Matthæi 28. Heb. 5. ita mulierculæ expresso Pauli præcepto 1. Corinth. 14. & 1. Timot. 2. docere atque sacramenta peragere prohibentur.

### X.

Quem:

Quemadmodum sine legitima vocatione nemo in Ecclesiam irrumperere docendi causa potest: ita expleto anni termino, si Ecclesiæ cui docendo seruit propter iustas & sufficientes causas displicuerit, ne quis aut per violentiam aut per alias artes illicitas sese intrudat, aut eo loco persistat, serio prohibetur.

Iusto tempore officio defungendum est, nec illud malis artibus capessendum.

### XI.

Superintendens ex consensu Seniorum omnia faciat, & nihil ex affectu priuato tentet. Synodus verò publica quotannis semel, aut etiam bis, urgente necessitate instituat.

Officium Superintendentis.

### XII.

Congressus obsceni dissolutorum iuuenum cum virginibus tempore vespertino vsitati, sub prætextu quocunque, prohibeantur. Muliercularum item nocturnæ commestationes & petulantia in congressibus puerperalibus, taxentur.

### XIII.

Nuptiarum celebrationes & copulationes coniugum, diebus sabba hi & dominicis prohibemus: scriptum enim est, Sabbatha sanctifices. Vitandæ autem arazias seu confusionis causa, sancta Ecclesia decernit, ut priusquam coniuges copulentur iuramento, coram

Coniugum in Ecclesia proclamatio & consecratio.

B 3

Eccle-

Ecclesia in publica concione eorum nomina promulgentur.

XIIII.

*Quales persona in coniugio consecrande.* Liberæ & honestæ tantum personæ coniugio copulentur, Ætate autem nimum dispares, & desertores vel desertrices coniugum, non copulentur, nisi Synodi generalis iudicio sese prius submiserint.

XV.

*Qualis debeat esse conuersatio & conuiuatio Ministrorum cum plebei.* Pastoribus Ecclesiarum ad honesta conuiuia nuptialia accedere vocatis fas est, sed cum plebeis ad publicam, vel ut ipsi vocant, regiam domum œnopolii, nõ abeant, non colludant, nec compotent cum ipsis; sed sobriè & modestè suo exemplo ad pietatem & timorem Dei conuiuantes inuitent, & ab vilitatis petulantibus atque saltationibus lasciuis eos dehortentur. Vbi verò vino incalescere cæteri cæperint, & cantores ac citharædi accesserint, qui saltationibus indecoris inserviant, ipsi Pastores surgant & abeant, ne sua præsentia videantur eam lasciuam probare. Tob. 8. & 9. Cum timore Domini nuptiarum conuiuia exercebant.

XVI.

*Multa absentiu Ministrorum à Synodis.* Ministri Ecclesiarum qui temere sine iusta causa à Synodis ex rebellionem abfuerint, nec Prælati obtemperare voluerint Seniores quidem sex florenorum multa, re-

ta reliqui verò trium, puniantur. Quandoquidem æquum non sit, vt propter ministrorum contumaciam, verbo Dei auditores infontes priuentur.

XVII.

Pastores in Ecclesiis par onus suscipiant, impar suscipiant. Quod si ab vna ciuitate aut pago sustentari possunt, ne te pluribus stipendii aut turpis quæstus causa obligent. Verum propter ministrorum inopiam, concedimus, si vnus tribus pagis præsit, vt urgente necessitate & aliis ministris, non cauponando Dei sermonem sed Domino fructificando & ædificando Ecclesiam.

XVIII.

Nullus pastorum prouincias vicinorum aut aliorum temere inuadat, sed intra limites suæ vocationis quisq; se contineat, neq; doceat quisquam alibi, aut coniuges solenni iuramento copulet, nisi ex permissione Pastoris legitime conducti, aut cum necessitas ineuitabilis requirit. Hoc etiam addimus, ne quis vel Magistratum potestate fretus, vel illicitis artibus vsus, Pastores, præsertim ante tempus anni, suo loco extrudat. Qui lecus fecerit Ecclesia talem à ministerio arcebit.

XIX.

Nemo ante legitimum terminum functionis suæ Ecclesiam deterat, sed completo curriculo anni sui, cum

*Par onus suscipiendum, impar vero fugiendum.*

*Nemo aliterius prouinciam inuadat.*

*Ecclesia temere nõ est deserenda nec locus sine scitu & reuerentia Senioris est morandus.*

venia & indulgentia, permissioneque Senioris, cui subest, locum mutet: qui contrarium tentauerit, officio priuetur.

X X.

*Officium Seniorum.* Singuli Ecclesiarum Seniores & Presbyteri sub certo catalogo suæ fidei commissos habeant, & illis præfint, ne fiat confusio inter Seniores, sed eos quisque gubernet, qui sub Diocesi sua degunt. Neq; Senior vnus sibi conuocandi munus, sine Superintendentis & Seniorum scitu vsurpet, neque alios conuocandi potestatem habeat, nisi qui sunt sub Senioratu suo.

X X I.

Priusquam Pastoribus prioribus legitimè satisfactum fuerit, & salua venia suam Ecclesiam non deferuerint, noui interim ne superueniant, nec eis succedere ausint. Qui aliter fecerint, ab officio suspendantur.

X X II.

*Ebrietas serie cauenda.* Pastores sunt stellæ, lux mundi & sal terræ. Quamobrem vitæ sanctæ & inculpatæ integritate, atque doctrinæ puritate præire suis Ecclesiis debent. Nominatim autem cum maximè scædum sit vitium in Ministris ebrietas, quicumq; ebriosi cum multorum scandalo deprehendantur, intra anni terminum officio priuentur. Idem etiam de Rectoribus Scholarum dictum esse volumus.

Decenter

X X I I I.

Decenter & ordine omnia fieri in Ecclesia oportere, non vno loco Apostolus præcipit. Quare Ecclesia sancta legitimè constituit vt Sacramentorum Cœnæ & Baptismi administrationes, coniugamq; copulationes in publico loco, antemeridiano tempore, honeste & legitimè fiant. Qui secus fecerint, à Seniore suo ad tempus Synodi ab officio remouebuntur.

*Sacramentorum administratione & coniugū consecratio conuenienti loco & tempore est peragēda.*

X X I I I I.

Pastoribus Ecclesiarum, qui præfunt in Ecclesiis, honesta ac pia subiectione Rectores scholarum subiiciantur, eisq; debitum honorem deferant. Pastores suos calumniis & iniquis criminationibus apud vulgus ne grauent, nec illi temerè sine horum venia & permissione extra limites suos circum cursitent, sed vt vita inculpata, ita etiam diligentia in docendo, præfint auditoribus sibi commissis, atque cum suis Pastoribus Synodis interesse, ne prætermittat.

*Debita obedientia & reuerentia Scholæ magistrorum erga suos Pastores, & fidelitas in de mandato officio scholastico.*

X X V.

Rectores scholarum à ministerio doceendi alienos, qui tantummodò lucrum & quæstum turpem veuantur, non admittimus. Similiter arcemus ebriosos, pecculantes, inordinate viuentes, & scurras vagabundos.

X X V I.

Idem dictum volumus de studiosisq; seu Alumnis Schola-

C

Schola-

Canon de  
studiosis  
seu Scholæ  
Alumniis.

Scholarum, qui non studiorum causa, nō promouendæ  
cœlestis doctrinæ gratia, nec scientiæ liberalium artiū  
causa scholas ingrediuntur, sed ocium tantum externum  
quærent, quo facilius fucorum instar viuere possint,  
Quiq; nullam certam sedem fixamq; mansionem ha-  
bent, sed subinde scholas, Megistros & loca, stellationum  
more mutant, lectionibus non interfunt, examina fu-  
giunt, nec promoueri in studiis à suis præceptoribus  
volunt, quiq; impedimento & scandalo sunt aliis, &c.  
Tales inquam in cœterum scholasticum non admittan-  
tur, nec in scholis tollerentur, sed vt fuci exturbentur, &  
ad stium ablegentur, nec nouiti à Magistris recipi-  
antur, nisi voluerint placide & quiete intra anni termi-  
num ibidem perseverare & studia sua fideliter tractare.

### X X V I I .

Pastores  
Ecclesiarū  
pacem &  
concordiā  
sueant cū  
morigeris  
& pijs  
Scholæ  
magistris.

Crimina-  
tiones ob-  
treccatio-  
nes & pa-  
squilli se-  
rio vitan-  
di.

Pastores vicissim Ecclesiarum, Rectoribus scho-  
larum in mutuo charitatis Christianæ vinculo, veræ  
pietatis & orthodoxæ fidei consensu, atque ad eò totius  
honestatis vitæ, & integritatis morum conformitate,  
sint coniuncti, debitumq; eis, tanquam in domo  
Dei Collegis, fauorem, patrocinium, & secundum  
Ecclesiæ statuta alimentum iustum, nemò subtrahat.  
Omnes verò criminatores cuiuscunq; generis, seu ob-  
treccatores honestarum personarum, & vitæ ac famæ  
honestæ alterius traductores, grauitè corrigendi & pu-  
niendi sunt. Pasquilli & inuectiuæ literæ, sub pœna  
depositionis vitentur.

*Si quid in his contractioribus canonibus desideratur, lectores pro eo ad  
generaliores articulos remittimus.*

# ARTICVLI EX VERBO DEI, ET LEGE NA- TVRAE COMPOSITI, AD CONSERVAN- dam Politiam Ecclesiasticam, et conformandam vitam Christianam in omnibus ordinibus necessariam.



Esaiæ 8:

Non consulatis mortuos pro viuis, sed ad legem ma-  
gis & ad testimonium, Quòd si non dixerint iuxta  
hoc verbum, non erit eis matutina lux.

1. Corinth. 14.

Omnia honeste, decenter, & secundum ordinem ad  
ædificationem fiant inter vos.

## D E B R E C I N I .

ANNO M. D. XCI.

**ECCLESIAE SAN-  
CTÆ ET CATHOLICÆ SPONSÆ**  
Christi, electæ, redemptæ, iustificatæ, purificatæ, & re-  
generatæ, gratia Dei in Christo per renouationem Spi-  
ritus Sancti in verbo vitæ, vt esset sponso suo Christo  
conformis, sancta, immaculata, non habens rugam &  
maculam, in terris militanti & triumphanti contra Dia-  
bolum, peccatum, mortem, Antichristum, & portas  
inferorum, gratia, pax & æterna salus, benedictio: &  
in cruce perseverentia, & fortitudo à Deo Patre,  
& Domino Iesu Christo multipli-  
centur, **AMEN.**



**V**ominus comparans Ecclesiam suam dilectam vi-  
neam vndique munitam, turri & torculari instru-  
am, conqueritur vineam suam facere labruscas,  
& ideo sepes per apros dissipatas esse: Hoc est,  
apros vineam perdentes, vulpes eam perfodien-  
tes, & gallinæ Christi pullos deuorantes, id est, omnes hæ-  
reticos & Antichristi foedam colluuiem, ceu locustas, scor-  
piones & malas bestias immitti diuinitus Ecclesie, & a Satana  
excitari, propter fructus veræ poenitentia suffocatos, & ex-  
tinctas Spiritus S. dona: Quia dormiunt stultæ virgines lam-  
padibus extinctis, & seminatoribus, vel pastoribus ocio de-  
ditis, inimicus homo superseminat zizania, & omnes hære-  
ses. Non igitur casu fiunt hæc omnia mala, sed necessario,  
propter peccata præcedentia, & iam facta. Omne enim quod  
factum est, consequentia ratione necessarium est, sicut scri-  
ptum est: Oportet fieri hæreses. Neesse est vt veniant scan-  
dala: Item oportet hæc fieri cito, 1. Cor. 11. Matth. 18. Luc.  
17 Apoca. 1 3. 4. Omnes ergo Ecclesie ministros, & san-  
ctos vigilare, discere & sollicitos esse instructificando oportet.

ret. Vincere Diabolum, peccata, hæreses in panoplia Christi  
Spiritus S. ope per doctrinam sanam, non enim militanti, sed  
vincenti a Christo premium promittitur. Sed heus, multi  
ex pastoribus, sicut & in regno Antichristi reiecta & con-  
temta cœlesti disciplina & politia, ocio dediti viuunt in de-  
litij, non scrutantur scripturas, non attendunt lectioni &  
doctrinæ, id est, non legunt Biblia neque discunt: Vincere  
hæreticos per doctrinam sanam non possunt, sed mox imme-  
diate per arma principum aduersarij respondere contem-  
dunt. Crapula enim & ebrietate aggrauati, facti sunt rudes,  
Deinde Biblijs sacris contemptis, centonibus locorum cõ-  
munium, & Academiarum quarundam edictis ceu clauo af-  
fixi sunt. Et iudicia Academiarum veritate scripturæ præfe-  
runt. Nec testimonia ex Biblijs citant sed ex decretis ac cen-  
tonibus Academiarn. Quapropter vt nostram conscien-  
tiam coram tribunali Christi statuere tuto possimus, & ab  
impiorn calumnijs assereremur, & vindicaremur, non so-  
lum de fide, confessione & de omnibus fidei articulis, sed &  
de politia, & œconomia Ecclesiastica, de sancto & honesto  
utiliquè ordine, norma & regulis in nostris Ecclesijs obser-  
uatis, testari uoluimus, ideo totam politiam & disciplinam  
Ecclesiasticam omnium ordinum in sanctorum cœtu per ar-  
ticulos edere voluimus. Hortamur ergo omnes ministros  
Ecclesie, cooperarios, reliquaque membra Ecclesie, scholas  
& principes Christianos, vt bona fide pio & sancto iudicio  
ex charitate vera & non ficta orto, de confessione & articu-  
culis istis iudicent, et nostro exemplo ex citati his doctiora  
& sanctiora documenta Ecclesijs proponant. Discere enim  
semper, & au dire meliora ex ore Domini non erubescimus.  
Agnoscamus enim infantiam nostram, quæ in dies crescat o-  
pottet: Scimus enim regulam Apostoli, Philip. 2. Vnusquis-  
que alium se in humilitate excellentionem putet. Neque  
Pharisæi ac iusticiarij sumus, vt præ nobis superbe alios con-  
temnamus, vs multi falsæ scientiæ prætextu inflati, scripta  
proborum naso suspendunt, si autem ab illis confessio exi-  
gatur, sunt asini ad lyram.

Si qui autem ex ministris sunt kemurijm, hypocritæ, inflati, contentionum & pugnarum amatores, qui ex vana superbia lites mouent, & sine fine certant, semper discentes, & nunquam ad agnitionem veritatis peruenientes, nos tales deuitamus Ecclesia enim eam consuetudinem, inutiliter de vana voce ex superbia certandi non habet. Similiter & de zamzumijm iudicamus: Si qui extra ministrorum ordinem, flagitiosi, vastatores, ebriosi, fornicatores, Christi & Ecclesiæ depilatores, & deuoratores prouentuum Eclesiasticorum, nos indicta causa accusent & criminentur, eorum iudicium Deo iusto iudici committimus, qui pro sanctis de illis vindictam sumet, Amen. Vale in Domino sponsa Christi, primo die Septembris, Anno Domini, M. D. LXVII.

Omnes Ecclesiæ ministri qui in conuentu sancto ad 24, Februarij, Anno Domini 1567 Debrecinum conuocato, cis & ultra Tibyscum his articulis & confessioni nostræ, & Helueticæ Tjguri editæ, Anno Domini 1567. cum Geneuensis Ecclesiæ ministris subscripserunt, fratres vestri,

ARTI-

# ARTICVLI EX VERBO DEI ET LEGE NA- ture compositi, ad conseruandam Politiam cœle- stem, et iurisdictionem Ecclesiasticam in Ungarica natione.

## I. ARTICVLVS.



T multorum querelæ & accusationes indignæ vitentur, qui nos ideo cyclopes & barbaros exleges vocant, quod locus sit inter nos anarchiæ cyclopicæ, & disciplina solutissimæ, effreni licentia & arrogantiæ inordinata arrogantia fœdatur, dum superbi quidlibet licere putant.

*Contra horum ergo querelas hoc concludimus.*

Sicut Deus sine certa lege, ordine, dispositione & voluntate sui arbitrii liberi, nihil facit, sed omnia prædefinito consilio, præscientia, & præordinatione facit, regit, & gubernat.

Ita Ecclesia, & omnis politia hominum carere legitimo, debito, & iusto ordine non potest: Igitur ad naturæ cœlestis & politicæ conseruationem dicimus ordinem esse necessarium. Imo Spiritum & regulam totius vitæ & politicæ dicimus esse iustum, legitimum, & omnibus

omnia in  
Ecclesia  
ordine &  
decenter  
fieri oportet.

omnibus Politis congruentem ordinem: Peiores ergo & deteriores esse bestiis, & vermibus dicimus, qui *εταξια* inordinate & Anarchia cyclopica, dominandi cupidine sanctas Politias & Ecclesias turbant: Cum scriptum sit: Omnia ordine & honeste, cum decoro fiant inter vos. Deus non est autor inordinatæ confusionis, sed pacis, concordiae & charitatis, Ephe. 1. 2. 4. Col. 1. 2. Ideo Ecclesia corpori humano, & ædificiis bene dispositis confertur, ut sicut capiti membra rite coherent, & ædificia per suas compages, estructuras, compacta & commissa copulantur; & uniantur. Ita capiti suo Christo Ecclesia per verbum & fidem, ope Spiritus sancti & architectorum, pastorum coherere debet. Vbi autem nemo neminem audit, sed omnia prava licentia turbantur, locus est Diabolo, qui autor est confusionis, & discordiæ, Ephe. 4. 5. 2. Cor. 12. 13.

### II.

Nihil in Ecclesia ex *καινοδοξια*, id est, vana gloria contentione, invidia fiat, sed omnia ex Spiritu mansuetudinis, & charitatis. Vnusquisque se aliis excellentiorem in humilitate putet, & alios sibi non superbe, sed humiliter præferat, 1. Cor. 5. 6. 12. 14. Philip. 2. 3. Iacob. 1. 2. Cal. 2. 4. 5. 6.

### III.

Quia omne quod non fit ex verbo Dei peccatum est, & omnis traditio quam Pater non plantavit eradicabitur, Et scriptum est, Matth. 16. Non addes verbo meo

meo quicquam ne arguaris mendax. Et Apostolus *κενυρα απατην* vanam deceptionem, Col. 1. 2. Philip. 1. 2. 3. Gala. 2. 3. 4. 5. Samuel vero tohu bohu, rem inanem & vacuam traditionem humanam vocat, 1. Samu. 12. 15. Dicimus ergo omnem piam & sanctam ordinationem Ecclesiæ ex verbo Dei petendam esse, & fundatam veritate diuina.

### IIII.

Quæcunq; per Diabolum, Antichristum, & per Hæreticos in Ecclesiam inuecta sunt, ut doctrinæ falsæ, & institutiones, cum sint peccatum & tenebræ, pro reiectamentis, pro nugis, & mendaciis habenda sunt. Igitur in doctrinæ veritate, in ritibus Ecclesiasticis, semper verbum Dei sequendum est, Christus & Apostolus eius in doctrina & ritibus imitentur. Impie ergo errant qui relicta veritate, Luce, & exemplo Christi & Apostolorum eius, Antichristum, Papam in suis sordibus sequuntur, ut Idolorum, ararum, vestium Papalium, & aliarum sordium, ab Antichristo excogitarum, Patroni & defensores, Azymi Missatici factitant, quibus scelus & sacrilegium est, Christum, & Apostolos & Patres, imò Christianam libertatem, in usu fermentati, & panis communis, sequi.

Sanctum autem & tutum, & rectum esse somniant, si Antichristum & Papam sequantur. Veritate enim Dei offendi & scandalizari pios nugantur, mendacio autem & iniquitate, hominum inuentis non, sed immunes à scandalo manere homines vociferantur; Mat. 19. 23.

D Cum

Doctrina  
puras et  
seruanda,  
et ritus  
verbo Dei  
consentien-  
tes obser-  
uandi sunt  
in Eccle-  
sia: Hære-  
sis vero et  
doctrina  
Antichri-  
sti fugi-  
enda.

Cum scriptura fœdæ scortationi, & adulterio compa-  
ret Antichristi, Papæ sordes, idola, aras, instituta, & mil-  
saticam ostiam retinere, Esai. 57. Ezech. 16.

V.

Nemo in articulis fidei, & in aliis religionis Chri-  
stianæ fundamentis, ritibus, ac sacramentis priuatim  
ac propria autoritate cum multorum scandalo & offen-  
diculis mutationem, aut inuouationem facere præsum-  
mat. Sed si quid inuouandum, aut murandum vel cor-  
rigendum erit in consueta doctrina, & ritibus, legitimè  
cum totius Ecclesiæ consensu fiat: Prius coactis Eccle-  
siæ Synodis, ex verbo Dei & Patribus fiant pie collatio-  
nes, & disputationes: Quicumq; autem ex vana gloria,  
superbia & logomachia moliri aliquid inordinatè, non  
cessauerint, Ecclesiæ iurisdictione, & magistratum au-  
thoritate puniendos iudicamus.

Scriptum est enim, qui vos non audit, me non au-  
dit. Si Ecclesiam non audit, sit ethnicus & publicanus,  
Matth. 10. & 23. Luc. 10. 1. Tim. 4. 5. Hæreticum homi-  
nem post vnâ & alteram admonitionem deuita, &  
fuge, & scriptura hæreticos turbatores concordia, lapi-  
dandos esse iussit, Deut. 13. 17. 28. 3. Reg. 13. Leui. 24.  
2. Para. 16. 34. Ezech. 13. 14. 18. Sicut Helias iussit Sacer-  
dotes Baal occidi, qui noluerunt veritati obedire, vide  
Psal. 101. Iere. 14. 15. Dani. 3. Exod. 22. Chore, Datan, A-  
biron, inobedientes & Schismatici à terra absorbiti, alii  
igne consumti sunt,

Impietati

VI.

Impietati patrocinantur principes & pastores, qui  
falsa & mendacia prophetantes, non prohibent, sed vi-  
neam domini apris destruere permittunt, Psal. 79. E-  
zech. 14. 15. Sedechias periit cum Acab, Ieroboam, &  
aliis impiis regibus, qui idololatriæ, & impiorum deo-  
rum patroni fuerunt, 2. Reg. 17. 4. Reg. 10. 17. 23. 25. Et  
nunc igitur si Serueticas & Sabellianas hæreses, contra  
sanctam & adorandam Triadem, contra Christi & Spi-  
ritus sancti diuinitatem, non puniuerint principes, illos  
dominus cum Sedechia puniet, Leui. 20. Num. 35.

VII.

Quia Deus vnus est, vnus Christus, vna fides, v-  
num baptisma, vnum Dei verbum, vna charitas, vnum  
salutis, fundamentum, ideo necesse est pastores primum  
in fundamento salutis, & doctrinæ, in Articulis fidei,  
in Symbolo comprehensis, & in Sacramentorum sim-  
plici veritate, & administrationis ritu & forma in  
verbo expressa, conuenire: Idem sapere, sentire, vt di-  
citur idem sentiatis omnes: Scrutamini scripturas,  
Romano. 12. 14. 15. Philip. 2. Ioan. 7. 8. 13. 14. 15. 17.  
1. Corinth. 11. 12. Exod. 30. 41. Deutero. 12. 17. Nemo sa-  
piat præterquam quod scriptum est, Exemplum dedi  
vobis, vt sicut ego feci & vos ita faciatis, ego à Domino  
sic accepi: Estote imitatores mei, sicut ego Christi.  
Vnum erat doctrinæ in veteti testamento genus & fun-  
damentum, vniformis vbique & administrandi ritus.

D 2

Nihil

Conformi-  
tas rituum  
& sacra-  
mentorum  
obseruanda  
mutatio  
vero seu  
inuouatio  
scandalosa  
serio vi-  
tanda.

Consensus  
infunda-  
mento &  
in præci-  
pui fidei  
articulis  
& riti-  
bus Eccle-  
siasticis  
necessa-  
rius.

Nihil quicquam mutare licebat. Conuenire ergo in fundamento, & ritu ceremoniarum in verbo Dei expresso oportet, ne fiant schismata, & dissensiones, quæ damnat Apostolus, 1. Cor. 3. 10. 11. 12. Gal. 5. 6. Sicut Cœna in publico loco, ita Baptismus in publico loco post conuersionem fiat.

*Forma  
baptismi.*

*Duplex est  
Baptismus.*

*Finis  
baptismi  
externi.*

Forma Baptizandi ex verbo Dei hæc colligitur: cum Christus, Ioannes & Apostoli Baptismus explicaretur. Primum de duplici baptismo, de spirituali, de igne, & spiritu, id est, de efficacia mortis, quæ est cœcis ignis, vorans stipulas, peccata, mortem, Matt. 3. 11. 1. Cor. 1. 3. Et de efficacia resurrectionis, qui est Spiritus uiuificans, ex peccatis resuscitans, reformans, regenerans, Luc. 3. Ioan. 1. 3. Secundò de externo Baptismo locuti sunt, qui est signum prioris & spiritualis, Luc. 3. Ioan. 1. 3. Tit. 3. Ephe. 5. Primò igitur de duplici Baptismo tractetur: Secundò de significatione suæ de fine baptismi externi, qui triplex est.

I. Primò significat reconciliationem nostram, Patri nos reconciliatos testatur.

II. Secundò: causam reconciliationis in Christo prædicat. Pueri reclinatio, Christi descensum, mortem, passionem, sepulturam, peccatorum nostrorum abolitionem: Locus infantis, peccatorum omnium abolitionem: Eleuatio pueri significat Christi resurrectione nostras animas ex peccato resuscitatas, & corpora nostra, per eundem Christum resuscitabuntur, Ioan. 5. 6. 1. Cor. 15. Infantis inuolutio, tectio aut induitio significat

nostram regenerationem iustificationem, Christum & iustitiam Christi, imaginem Christi, electos induisse, Gal. 3. Rom. 6. 8. 1. Cor. 15. 2. Cor. 3. Sic & Symbolum explicabitur: hæc fuit forma baptizandi, 1. Cor. 15. Heb. 6. Gala. 3. Coloss. 2. 3.

Tertiò: Quæ sit stipulatio in Baptismo. Trinitas sic obligauit, se nobis iuramento, & promissione, quòd nos quos in Christo dilexit, elegit, adoptauit, iustificauit nõ deserat, sed ab omni malo liberet, in vtero suo portabit: Ezech. 16. Osæe 2. Esai. 54. Filius quoque Christus obligauit se suæ sponsæ similiter iuramento, quòd eam diligat, aliat, curet, non deserat, sed ex omnibus fordibus abluat, ne habeat rugam, aut maculam, Ephe. 5. Tit. 3. Spiritus sanctus obligauit se electis sic, quòd tanquam arrabo hæreditatis ad diem vsq; redemptionis nos regeneret, ducat, doceat, illuminet, dirigat, omnia bona opera in nobis efficiat, fide, spe confirmet, Ephe. 1. 4. 2. Cor. 1. 5.

*Obligatio autem et stipulatio electorum est.*

Primo: quòd Deum tantum vnum inuocent, adorent. Secundò: quòd vnicum sponsum & saluatorem Christum agnoscant: Omnes salutis causas in solidum Deo tribuant, sibi confusionem, Deo gloriam, quia nihil habent quòd non acceperint. Tertiò: quòd abnegata impietate, & mundanis concupiscentiis, iuste, sobriè, religiosè, viuant: Acta carnis, & concupiscentiæ fomites, Spiritus sancti virtute, induti armis Christi extinguant,

tinguant, Rom. 6. 8. 13. Colof. 1. 2. 3. Ephes. 4. 5. 6. Gala.  
5. 6. Et quod sordes Antichristi, Pape, fugiant. Alias  
stultas speculationes, & abrenunciaciones, reijcimus.  
Sicut contioni multi interesse possunt, ita piè facient, si  
huic sacre contioni plurimi adsint, & testes tinctionis  
esse possunt: Comparres pro amicis & testibus appro-  
bamus, non more papistico.

*Et Cæna sic explicetur cum Christo et Paulo.*

*Cæna do-  
minica  
forma &  
eius legi-  
tima ad-  
ministratio.*

Primò de duplici cæna pastor disputet: De Spi-  
rituali, qui est gratia Dei, Panis viuus, Spiritus sanctus  
uiuificans fides & verbum, Ioan. 6. Secundo de Sacra-  
mento externo, seu signo tractetur sic. Primo: quid sit  
Cæna Domini externa, Secundo: quid significet, quis  
vsus: scilicet vt sit memoria beneficij Christi, redem-  
ptionis nostræ, & satisfactionis Christi. Secundo: vt  
doceat de confirmatione Testamenti noui per Christi  
sanguinem. Tertio: vt significet vnionem nostram  
cum Christo, 1. Cor. 11. Tertio tractetur, quomodo  
tumenda sit Cæna, scilicet comprobatione & fide  
dignè, 1. Cor. 11.

Postquam autem hanc contionem in baptismo &  
Cæna perficit pastor, oret & tingat, immergat in a-  
quam infantem, lauet recitando hæc verba. En te gedet  
moslac, förðrlek, Attyanak, Fiunak, es fent Lelek nec  
neueben. Finito baptismo, benedicat baptizatis, vt in  
fide, charitate, bonis operibus permaneant. Et si fieri  
potest, totaliter tingatur & immergatur iofans, sicut Ba-  
ptista

ptista & Apostoli Baptizabant, Ioan. 1. Luc. 3. Actor. 8.  
Et sic in Ebræo, & Græco vis verbi Baptizo, explicabi-  
tur. Sic autem Cænam orans, post orationem panem  
accipiendo in manus, Christi & Apostoli exemplo re-  
citet formam verborum: Et sic panem & poculum;  
postea distribuat idem pastor, & inter distributionem,  
potest pias quæstiones proponere, erudire populum. Fi-  
nita distributione oret, & sic cœtum dimittat. Hæc ve-  
ra est forma Sacramenta administrandi, Papisticam  
consuetudinem prorsus damnamus: Sicut stultam illam  
abrenunciandi stipulationem, quæ vt erat mendacium,  
ita & impossibilis: Stultum simul est spondere pro alio,  
quem qualis sit futurus ignorat. Hic spondet pro probi-  
tate & iurat, ille fit ipsum scelus. Sicut igitur legis imple-  
tio viribus hominum impossibilis, ita abrenunciatio,  
hoc est, velle peccato, mundo, Diabolo, resistere suis viri-  
bus, sine gratiæ Dei præsidio, impium est. Reijcimus &  
illos, qui negant nullam esse abrenunciacionem, imò ele-  
ctio, conuersio, regeneratio, & iustificatio, necessario tan-  
quam causa effectum post se abrenunciacionem trahit;  
teste Apostolo, Rom. 3. 5. 6. Tit. 2. 3. Nam vbi iustificati  
sumus, impietatem, peccata abnegare oportet.

VIII.

Sicut scripturæ sacre, hoc est, canonica Prophe-  
tarum & Apostolorum scripta solum proponenda sunt in  
Ecclesia: Non autem apocrypha, vt Ecclesiastici, Sapi-  
entia, Tobia, libri, 2. Pet. 3. Ita interpretatio scripturæ  
ne sit priuata, sicut cuique placet, aut videtur, sed  
scriptura,

*In Eccle-  
sia solum  
verbu Dei  
purum est  
proponen-  
dam, &*

*fani com-  
mentarij  
consulen-  
di.*

scriptura, scripturam interpretetur, antecedentia & consequentia in textu conferantur: Patres orthodoxi, salubres, & fani commentarii adhibeantur, nam agnoscimus Patrum orthodoxorum, & sanorum commentariorum scripta praeclara esse dona Dei ut dicitur, 1. Corinthior. 12. Ephes. 4. dedit dona hominibus. Euangelistas, doctores, id est, interpretes: Ita & 1. Cor. 14. Matt. 21. Apostolus loquitur, Et Christus iubet attentè legendos esse Prophetas: Apostolus verò, Attende lectioni, id est, discas & doceas, & adhorteris. habens fidem & bonam conscientiam, 1. Cor. 2. 3. 4. Repudiamus ergo sciolos, barbaros qui Patrum scripta, & pios commentarios reiiciunt, & inordinate ambulant Enthusiatarum more, ex vana capitis speculatione rudem populum pascunt.

### **IX.**

Norma interpretationis in genere hæc sit, ut rectè fecerit verbum Dei testamentum vetus à nouo, Lex ab Euangelio, veteres ritus & ceremoniæ, à noui testamenti ritibus, distinguantur, 2. Cor. 2. 3. Rom. 3. 5. 8. 9. 10. Causæ salutis, ab organis, & effectibus distinguantur, & quæ scriptura separatim proponit, ita doceantur, ne fiat confusio, tempora distingue, & conciliabis scripturas.

### **X.**

Sacra Biblia sic proponantur, ut Prophetarum, & Apostolorum scripta doceantur, & tota doctrina ordine proponatur, ne tantum in Postillis comprehensa Evangelia dominicalia, & Epistolæ continentur, sed interfectos,

perfectos, hoc est, in fide & religione confirmatos, Prophetarum & Apostolorum scripta proponantur. Nec concionatores textu ex Biblijs proposito neglecto, extra septa currant, & incongrua doceant; sed textus ordine iuxta seriem commatum, punctorum & versuum tractetur & explicetur, & ubi textum exposuit, summam concionis proponat. Deinde ordine, textum explicet, & ex textu utilia documenta populo tradat. Et ultra spatium horæ vnius concio ne protrahatur, ne tædium pariat.

*Conciones  
publicè  
quomodo  
instruenda  
sint.*

### **XI.**

Nemo sapiat supra quàm quòd oportet sapere: sed omnes ad sobrietatem sapiant, Rom. 12. 15. 1. Cor. 3. 11. 1. Tim. 1. 3. hoc est, illa doceantur tantum, quæ sunt in scripturis comprehensa. Stultæ & inanes quæstiones deuitentur. Nec quærantur illa quæ in scripturæ veritate non continentur, ut curiosi homines facere solent.

*Curiose  
stultæ quæ-  
stiones su-  
gienda.*

### **XII.**

Sicut maledictus est, qui relicta cœlesti doctrina Prophetarum & Apostolorum, Antichristi, Papæ, & Hæreticorum impiâ dogmata sequitur: Ita qui exemplo Christi, lucis mundi, veritatis, capitis, & sponsi Ecclesiæ, & Apostolorum reiecto, in actionibus sacris & ritibus imitandis, Antichristi, Papæ, & Hæreticorum exempla, instituta & traditiones (quæ sunt tohu bohu, sterus, tenebræ, fornicatio) sequuntur maledicti sunt, Esai. 4. 28. 57. Et sic foeda pollutione tanquam scorta lectum mariti sui Christi, adulterum recipiendo po-

E luunt,

leunt, & dilatando cubile & stratum sui mariti suscipiunt adulterum, ac prioris mariti recordantur, & oleum, vinum, lanam adulterorum amant, Amos 4.5.6. Eze-16. Vt panis missaticus, idolorum & ararum patroni, Matth. 13. 15. Et Christus arguit Iudæos, quod propter traditiones suas, deseruerunt præcepta Dei, Marc. 2. 10.

### XIII.

Christum cum Belial, lucem cum tenebris, iusticiam cum iniquitate in vnum iugum, copulant: Et malum dicunt bonum, & contra bonum malum, qui cœlestia & diuina, doctrinam sacram, actiones Christi cum Antichristi fœdis sordibus, inuentis, claudicando in vtranq; partem coniungunt, & vtranq; Dei & Diaboli sordes retinent: Cum nihil malorum retineri possint. Nec forma nec abusus, in hominum inuentis seruari debent, quæcunq; in primo & secundo præcepto damnantur. Non sint tibi Dij alij, Ezod. 20. Deut. 4. 5. I. Ioan. 5. 2. Cor. 10. Non facies sculptile, non adorabis, nec coles ea: Fugite idola: Quæ communicatio luci cum tenebris? Nihil est in peccato, sordibus quod totaliter non sit peccatum, tenebræ: Quæcunq; sunt Antichristi tenebræ, sordes, contra verbum Dei excogitata, totaliter & vniuersaliter sunt mala, vt dicitur: Totum figmentum cordis hominum tantum ad malum: Quid ergo restat, quod non sit peccatum? Matth. 15. 23. Col. 2. Esai. 28. 29. Si tenebræ, si iniquitas, si sterus, vanitas vanitatum, omnis Diaboli plantatio, quid ergo in ea relinquantur bonis quæ lux in tenebris?

Quæ-

### XIIII.

Quæcunq; in Papismo, & regno Antichristi & diuinis doctrinis polluta & fœdata fuerunt abusu turpi, illa omnia, à puris & sanctis de sordibus eximi, abstergi & purgari possunt, deletis sordibus & pollutionibus papisticis: Rom. 14. 15. I. Cor. 6. 8. 10. Puris enim omnia pura sunt, & nihil est per se immundum, vt Cœna Domini, Baptismus, & doctrina sacra, ciborum & dierum delectus, à pijs corrigi & emendari possunt, I. Tim. 4. Tit. 1.

### XV.

Vestes Missaticas cum hostia missatica, & aris reijcimus. Sed vestium naturalium & politicarum, naturæ seruientium, libertatis Christianæ arbitrio relinquimus materiam & formam, ita vt vsus earum necessitati naturæ aptus sit, cum decoro & mediocri sobrietate contentus: Absit tantum luxus, fastus, pompa, & superstitio idolatrica, vt scurrarum & kamurijm in veteri testamento habitus damnantur, Osæ. 2. 4. Ezech. 14. 16. 2. Reg. 10. 11. 17. 25. Kamurijm erant Baalitici Sacerdotes, qui vestium superstitione fallebāt rudiores. Nam nihil de materia, forma vestium scriptura tradit. Sed omnia filiorum libertate & potestate disponenda committit, Psal. 34. I. Corinth. 10. 14. Rom. 14. 15. I. Tim. 4. Colof. 2. Domini enim est terra, & plenitudo eius: Nemo iudicet, & condemnet vos in cibo, potu, nec in vestium varietate. Nam etiam in veteri testamento tantum vestes Aaronicæ, Sacerdotales, erant suis formis & regulis terminatæ: Vulgares vero, politicæ

*Reliquiæ  
Missaticæ  
abijcien-  
da.*

E 2

& quo-

& quotidianæ sacerdotum vestes accomodabantur necessitati naturæ, & decoro temperabantur, ut ergo supersticiosa vestes damnantur, ita fastuosa, paralitica, & scurris aut militari ordini congruentes in ministris Ecclesiæ.

### XVI.

Sicut verbum Dei non est alligatum: Ita stultum est ministerium verbi vni loco astringere: Et quæcunque per se Dei sunt, sed per accidens Antichristi, per Tyrannidem facta fuerunt, illa vindicari ex sordibus papisticis possunt, abiecto abusu, 4. Reg. 3. 10. 11. 13. Mat. 21. Actor. 4. 5. Nam sordibus de templo Salamonis eiectionis templum manebat, Christus & Apostoli in Sinagogis & templis Iudæorum docebant, Mat. 21. Actor. 4. 5. Col. 11. 13. 14. 15. 16. Et solus finis aut abusus damnatur in templis missaticis, materia vero & forma nusquam, (ut in Idolis hostia missatica) damnantur, illorum enim tantum forma damnatur, quæcunque adorata sunt. Deut. 4. 5. 6. 7. sed templa non sunt adorata per se, sed per accidens, propter missam, aram, idola: His remotis loca pura sunt, scriptum est enim, Psal. 95. 97. 105. 107. Non facies vllam similitudinem, & non adorabis eam, Exod. 20.

### XVII.

Cantus vsus tanquam doctrinæ, adhortationis & cultus diuini partem, cum scriptura sacra recipimus. 1. Cor. 14. Docentes admonentes vos per Psalmos, Hymnos & Canticos, Ephe. 5. Col. 3.

Hymni,  
Psalmi &  
Canticos  
in ecclesia  
ad edificatio-  
nem ver-  
nacula

Sed

Sed ut lingua intellecta canatur: Insaniunt enim & destruunt teste Apostolo, qui in cœtu docent, canunt sine mente, intellectu coram idiotis, & barbaris, lingua ignota reboant: Pse Symbolum & orationes aut Angeli cantus, Antiphonæ decantari possunt: Organa vero Musica. Saltatrici Missæ Antichristi accomodata, cum idoliseijcimus: quia nullus eorum vsus in Ecclesia, imo signa idolatriæ sunt & occasiones.

### XVIII.

Neminem sine ordinatione, probatione, in doctrina & moribus citra Ecclesiæ iudiciū admittimus: quia scriptum est, 1. Tim. 3. Tit. 1. 3. Hi probentur prius, & sic ministrent: Ipsi currebant, & ego non mittebam: Seligite mihi Paulum & Barnabam, Rom. 8. 9. 10. Actor. 11. 13. Nemo ergo sine vocatione currat, sed sint omnes electi in officium, vocati, ordinati, & examinati. Nunquam enim Prophetæ & Apostoli sine legitima vocatione docuerunt, Ebre. 5. 7. 8. 1. Cor. 11. 13. Nemo sibi honorem docendi vsurpet, nisi vocetur, ut Aaron,

### XIX.

Sicut vni & certo loco ordinationem non alligamus Papistico more: ita indoctis & rudibus, probationem, & examen facere ex scripturæ fundamentis nescientibus, non permittimus, 1. Tim. 3. 4. 5. 2. Tim. 1. 2. 3. Actor. 13. Nam Apostolus Timotheum Seniorum suffragio electum esse docet. Et Matthias in Senatu Apostolorum, Paulus & Barnabas in Ecclesia & Synodo electi sunt. Fiant ergo ordinationes aut in Synodis aut

lingua cū  
intellectu  
decantari  
debent.

Nemo ad-  
mitti de-  
bet ad mi-  
nisterium  
Ecclesia-  
sticū absq̃  
iudicio &  
ordinatio-  
ne Ec-  
clesiæ.

Examen  
& ordina-  
tio Mini-  
strorū pro-  
batiue in  
Synodis  
fieri de-  
bet.

in Presbyterorum Collegio à doctis & probatis Eccle-  
siæ Prælati & Superintendente.

XX.

*Seniores non solum Ecclesijs sed etiam Pastoribus præfici debent.* Non solum Ecclesijs pastores, sed & pastoribus præfici ex verbo Dei Superintendentes, & Seniores volumus, qui præsent Cœtui pastorum, moderentur pastores in vera & sana doctrina, aduersarios cōvincat, contra opponentibus respondeant, 1. Tim. 1. Tit. 1.

XXI.

*Officium Superintendentis.* Superintendens ex consensu Seniorum omnia faciat, & nihil affectu priuato tentet: Synodus, bis aut semel urgente necessitate in anno cogatur: Et visitatio præcedat Synodum, & rei seuerius pro delictorum qualitate & quantitate puniantur, 1. Tim. 3. 5. Gal. 2. 5.

XXII.

*Nuptia & copula inter coniuges diebus solum fieri prohibentur.* Nuptiarum celebrationes diebus dominicis non permittimus, quia est peccatum contra quartum præceptum: Sacrificia Domino Sabbatum, Exo. 20. Diuersa, & diuisa sunt hæc, Nuptiæ, & sanctificatio Sabbati, Deu. 5. Esai. 56. 58. Gen. 12. Omne opus Impediens Sabbati sanctificationem scriptura damnat: Non facies omne opus in eo, Ebre. 3. 4. 9. Ita & Apostolus loquitur, 1. Cor. 6. 7. Et Dominus dicit diem Deo acceptabilem, & Sabbatum Deo gratum, in quo voluntatem & desyderium nostræ carnis non faciamus, neque Sabbato copulationem hoc iure permittimus, vt nuptiæ die Dominico celebrentur, sed eodem die absoluantur. Alioqui non fiat & in Sabbato copulatio,

Etsi

XXIII.

Etsi consensus contrahentium personarum & superiorum aut parentum, liber, legitimus, non coactus, non fraudulentus faciat matrimonium, non sacerdotalis copula per fidei iuramentum: Tamen iuramentum tanquam cōfirmationem coniugij approbamus, & retinere volumus, sed obseruandum propter has causas.

*Iuramento copulantur coniuges.*

Primò: quia omnis legitimus nubentium consensus implicitum habet iuramentum, quod anulus, dotes, & dextrarum mutua coniunctio iudicat.

Deinde Malach. 2. Gen. 24. & sæpè alias, vt Ezech. 16. Osee. 2. Scriptum est vxores cum fœdere seu iuramento fuisse copulatas, vt in veteri testamento: Cum inquit: In adolescentia tua copulara te, iuraui tibi: Tu, vxorem fœderis Dei, & societatis tuæ, quam fœdere Dei tibi copulasti, repudias, Mal. 2. Ita dominus arguit sacerdotes.

1.

11.

Tertiò: Vt spiritali Ecclesiæ cum Christi coniugio (quod fide fit) aptè respondeat.

111.

XXIII.

Compares copulentur, desertores & desertrices non copulentur, sed liberæ personæ copulentur, quarum libertas iuramento, & per testes fideles ac sponsores examinatur. Adulteras personas separatas per diuortium, illas excommunicari volumus, ne cum libera persona, in vno eodemque loco maneant, nisi violenter resistatur, interdiciamus ex verbo Dei, 1. Cor. 7. 2. Cor. 2. 2. Tes. 3. Etsi in secundo & tertio gradu coniugia scriptura non interdicit, tamen ne offendiculum præbeatur

*Liberæ personæ copulentur.*

infirmis

infirmis, intra tertium gradum non permittimus con-  
nubia.

XXV.

*Captiuitas  
quatenus  
dirimat  
coniugium  
& quate-  
nus non.*

Captiuitas communis, non propter notorium sce-  
lus, ciuilitex ex legis sententia pronunciata, sed cum il-  
legitimè, violenter in communi deprædatione & va-  
statione fit, tandiu non soluit matrimonium, quandiu  
captiua persona uiuit, & affectus non est mutatus, hoc  
est, si non mutauit religionem, neque nupsit in captiui-  
tate, sed redire conatur. Quod si autem mortua est ca-  
ptiua persona, aut de morte non constet, neque tamen  
de vita captiui coniugis aliquid certi libera persona ac-  
ceperit, sponsæ & sponsi quatuor annos, mulieres & uiri  
sexennium expectent. Nam magna confusio orta est in  
Ecclesia, dum liberæ non expectantes captiuarum li-  
berationem, ad secundas nuptias transierunt. Vbi au-  
tem captiua persona redierit, Ex iure diuino cõiunx al-  
teri nubens, aut transiens ad secundas nuptias, ad prio-  
rem maritum redeat, qui ex captiuitate redijt. Nam  
Rom. 7. 1. Cor. 7. Matt. 5. 19. Scriptum est: Mulierem  
uiuenti Marito priori esse alligatam: Et Dauid rediens  
ab exilio, recepit Michol uxorem suam ab alieno & im-  
pio marito, 2. Samuel. 3. 1. Regum 18. Proles autem su-  
ceptæ à secundo marito alieno, illi reddantur omnes,  
aut si uxoris uoluntas accesserit, & prior maritus non re-  
pugnauerit, nolens alienas proles alere, diuidantur: Nam  
& lex Dei ad patres iubet filios & filias reuolui, & à pa-  
rentibus sustentari.

Neque

Neque furtum alterutrius coniugis separet coniu-  
ges, nisi fur morte plectatur, aut metu pœnæ fugiens fiat  
desertor & perfidè finaliter liberam, & iustam personam  
deserat, vel propter furtum in perpetuam captiuitatem  
abducatur: Sed his conditionibus libera persona nubere  
poterit: Nam mors, & desertio finalis furis vagantis,  
liberauit ab infideli desertore, ut libera sit cuicumq; nu-  
pserit, Rom. 7. 5. Cor. 7.

XXVI.

Quicumq; contra Ecclesiæ Articulos, dispares, ille-  
gitimas copulant, depositione & excommunicatione  
puniuntur. Infra decimum tertium annum iuniores  
cum iunioribus non copulamur: Cum maturis autem  
& grandæuis uiris infra decimum sextum & decimum  
quintum non copulamur, Ezech. 16. Nam natura &  
leges diuinæ & imperatorum hoc tempus nubendi a-  
ptum pronunciant, ut in Ezechiele dicitur. Tunc ade-  
rat tibi tempus amandi, & nubendi, & duxi te, cum u-  
bera tua creuernat, & pubescere cœperas.

XXVII.

Omnes Clerici suis Episcopis & Senioribus, præ-  
latisq; piè in Domino subijciantur & obediant. Nec  
tamen Seniores dominantur Cleris satelitico & tyran-  
notum more, ut in regno Antichristi, ut dicitur, 1. Per. 5.  
Non dominantes Cleris: Obedite præpositis uestris,  
Ebre. 13:

XXVIII

Inobedientes prælatis, in Synodis non compaten-

F res,

*Furtum  
nō dirimat  
coniugium  
nisi perso-  
na rea ple-  
ctatur vel  
uendenda  
per capti-  
uitatē  
perpetuā  
pœnam  
luat.*

*Pœna con-  
secrantium  
dispares  
& imma-  
turas per-  
sonas in  
coniugios*

*Pastores temerè ex synodis priorū fratrum emanentes de positione sunt puniendi.* res, sed temerè diuagantes, & negligentēs synodum, de positione puniantur, nisi ægritudo aut alia iusta impedimenta obsistant, 2. Thess. 3. Matth. 18. qui non obediunt, hos norate.

### XXIX.

Pastores in Ecclesijs paronus suscipiant, & imparonus fugiant: si ab vna ciuitate, pago sustentari possunt, ne se pluribus pagis obligent stipendij aut quæstus turpis causa, 1. Tim. 3. 2. Tim. 3. 4. 2. Thess. 3. 2. Cor. 3. 4. 5. Verum propter ministrorum inopiam concedimus, si vnus tribus pagis præsit, & urgente necessitate & alijs insouiat, non cauponando Dei sermonem, sed fructificando Domino, ædificando Ecclesiam, vt currat sermo Dei.

### XXX.

*Pastores polypragmones puniendi.* Nemo pastorum vicinorum, aut aliorum prouincias temerè inuadat, sed contineat se intra limites suæ vocationis. Neq; sine scitu pastoris legitimè conducti in aliquo loco doceat, aut copulet, sed cum venia aut nutu pastoris eius loci. Nisi necessitas cogat, propter absentiam conducti pastoris, tunc iustè ministrare poterit.

### XXXI.

Nemo ante legitimum terminum functionis suæ, Ecclesiam suam deserat, sed completo curriculo, aut termino anni sui, cum venia & indulgentia & scitu Senioris aut Decani sub quo est, discedat, & locum muret.

### XXXII.

Singuli Ecclesiæ Seniores & Presbyteri sub certo catalogo

ralogo suæ fidei commissos habeant, & præsent illis: Ne fiat confusio inter Decanos aut decuriones, quisque igitur eos gubernet, qui sub dioclesia sua degunt, neque Senior vnus sibi conuocandi munus sine Superintendentis & Seniorum scitu vsurpet: neque alios conuocandi libertatem habeat, nisi qui sunt sub Senioratu suo.

### XXXIII.

Priusquam Pastoribus prioribus legitimè satisfactam non fuerit, & salua venia suam Ecclesiam non deseruerint, noui & nõ missi, nec vocati, sed inordinate currentes, & ambulantes ne superueniant nec succedant: Imò nullam prouinciam in Ecclesijs pastores sine scitu seniorum suscipiant. Vt enim Ecclesias deserere absq; salua venia seniorum, ita earum ministerium suscipere sine permissione, & scitu Presbyterorum contra ordinem & concordiam fraternam nõ permittimus. Temporibus enim Apostolorum & etiam Patrum hic mos obseruatus est. Nemo quod suum, sed aliorum quærat, Phil. 2. 3. Ephe. 2. 3. 4. 5. 1. Cor. 12. 13. Nemo violet charitatem sed eam adiuet & ædificet. Nemo decipiat fratrem suum, 2. Thess. 3.

### XXXIII.

Ex sententia diuinæ legis, Christi, & Apostolorum, dignus est operarius cibo, & mercede, & honore duplici, Deut. 24. Matth. 16. 1. Cor. 5. 1. Tim. 4. 5. Ideo honore eos præuenire volumus, iustamq; mercedem illis reddi Dominus præcipit, vt Pastor de ouium lacte, miles de stipendio, Agricola de fructibus terræ,

*De stipendijs pastorum.*

2. Cor. 7. 1. Cor. 9. Ita pastores Euangelizantes ex Euangelio viuere debent, 1. Cor. 9.

XXV.

Ex verbo Dei interdicimus Pastoribus & Rectoribus implicationem vitæ negotijs, 1. Cor. 9. 1. Tim. 2. 2. Theff. 3. 5. Hoc est contraria officia vocationi suæ, ne sectentur, militiam satelliticam, officialitatem, aut tributorum, vectigalium, arendarum & decimarum exactiorem, & præfecturam, aut rusticos labores, proprio officio neglecto: Reges enim gentium dominantur, vos non sic, Matt. 6. 20. 21. Seruite duobus dominis est, cum contraria officia supportantur. Semper Dominus, munus pastorum à Politico distinxit, impiè erge faciunt, qui hæc confundunt.

XXVI.

Labores manuum domesticos inter discendum recreationis causa, vt in hortorum cultura, item cum vrget necessitas, scilicet, dum viuere ex Euangelio, & ministerio, ex cœlesti militia non licet, nec datur, tunc confugere ad agriculturam, & artes mechanicas oportet, sicut & Paulus Romæ fecit Acto. 28. Neque prohibet scriptura pro sustentatione familiæ pastoribus agriculturam, vt vinearum, & agrorum, si saluo & illæso officio pastoratus id fieri possit. Præferim cum vineæ pro stipendijs pastoribus deputantur. Hæc autem ita honestè fieri pronuntiamus, si pastores mediatè per alios, per dispensatores ista exerceant & exequantur, ne propter occupationes istas in agriculturis, ministerij dignitas in discendo,

discendo, docendo, & adhortando negligatur & violetur: Rectores autem Scholarum & pastores non discentes, & non docentes alienos esse à ministerio iudicamus. In literis vero conuocatorijs transmittendis, Rectores scholarum, mutuum operam collocent & coniungant.

XXVII.

Pastores sunt stellæ, lux mundi, sal terræ, Matt. 5. 6. 7. Apoc. 8. 9. 10. 11. 1. Tim. 3. 4. Igitur vitæ sanctæ & inculpatæ & doctrinæ puritate præire suis Ecclesijs debent. Sint irreprehensibiles, fugiant vitia propter quæ accusari, damnari, aut in ius vocati possent. Ne sint superbi, præfracti, intractabiles, quos alloqui non possint homines, non auari, non ebrioli, non maledici: Igitur tabernas in totum illis interdicimus. Horum autem malorum criminis reos, depositione & officij priuatione puniendos censemus.

XXVIII.

Turbatores Ecclesiarum, susurriones, proditores schismaticos, qui fratres & Ecclesias superba elatione, affectatione & ambitione stulta turbant, cupientes præesse, cum sint asinus ad lyram, Dominus destruet, & Ecclesias eiciendos de fratrum consortio statuit, 2. Cor. 12. 13. 1. Cor. 1. 3. 6. Lites & pugnas verborum deuita, quia Ecclesia non habet eam consuetudinem. Susurrationes, inflationes, inordinatæ dissensiones ne sint inter vos. Perdet enim hos Deus: Et omnino delictum est quod contentionem habetis, Phil. 2. Nihil per contentionem superbam fiat.

*Vitam & mores ministrorum quales esse oportet.*

### XXXIX.

*Ociosi, ebrii, vagi et similes ministri ab Ecclesia arcentur.*  
 Ociosos igitur, semper potantes, detractores, inuidios, qui lectioni, doctrinae non attendunt, sed discurrent, aedes viduarum deuorant, hostiatim currunt, nihil discites & atactos inordinate ambulantes, diuagantes semper ex vno loco in alium, Ecclesia alienos esse a ministerio iudicat. Scriptum est enim, 1. Cor. 4. 1. Tim 3. 5. Qui non laborant, non manducant, id est, careant stipendio vt sacerdotes Baalitici, & missatici, 2. Theff 3. 4 Matt. 10. Deut. 24.

### XL.

*Rectores scholarum & praecentores suis pastoribus debitam obedientiam & subiectionem debent.*  
 Pastoribus Ecclesiarum, qui praesunt in Ecclesiis, honesta ac pia subiectione subijciantur rectores scholae, ministri et praecentores, vt ordo & concordia, quae est charitatis vinculum, et neruus disciplinae Ecclesiasticae salua maneant. Et contra pastores duplicem honorem, scilicet, cibum demensum quotidianum, et honorificentiam rectori scholae, si ex officio & conductione debent exhibeant, Roma. 12. 13 Phil. 2. 1. Timo 3. 5. 2. Theff. 3. Esai 43. 44 vt dicitur honore inuicem praueinientes, idem sapite, reddite vnicuique quod suum est, vt sit aequalitas, et nemo fallat fratrem suum, 1 Tim 5. 1 Cor. 9 Thre. 3. Fallere enim seruos debita mercede, detestandum malum est Neque pastores suos magistros prodant, aut conuiuijs imperiose ad indebita seruitia praeter vocationem cogant.

### XLI.

Qui docendi munus praesertim diebus dominicis leui

leui de causa negligunt, peccant grauiter. Vt mihi si non Euangelizauero, 1. Cor. 1. 3. 4. 1. Tim. 5. 2. Theff. 3. Qui non sermone & doctrina laborant inter vos, agnoscite illos, hoc est qui discunt & docent, habete eos in praecio. Non erit labor vester inanis in Domino: Si agricolae, si operarij, si ministri sunt pastores, vt laborent & propria faciant oportet. Scriptura canes mutos & inordinate ambulantes vocat, qui in docendo non laborant, Esai. 56. 2. Theff. 3.

### XLII.

Pastores armis caelestibus instructi sint, Biblijs Sacris & probatorum & doctorum commentarijs, corpusque doctrinae proponant, non tantum instar factorum maiorum & remansorum, tanquam missalia & breuiaria papistica postillas, & curtaria retineant, & praedicent: Nam perpetua postillizatio & curtariorum murmuratio, & reuolutio, tanquam glebae addictos, facit ociosos & ignaros pastores. Prophetae enim & Apostoli & sacerdotes iubentur habere Biblia, & scrutari sacras literas, Deut. 22. 17. Ioh. 5. Quomodo autem scrutabuntur si Biblijs carebunt? Doctiores latina, & vngarica, rudiores vero vngarica sibi Biblia comparent.

*Arma Pastorum I ecclesiasticorum.*

### XLIII.

Vt luxum vestium in pastoribus Christus damnat, ne aulicorum more mollia gestent, tanquam parasiti, scurras aut milites aulici. Ita in vxoribus pastorum luxum, afortiam vestium damnamus, nec Apostolo teste gemmis plicatura capillorum luxurient, sed

*Luxus vestium in Ministris et coram familijs sciendum.*

ornatus

ornatus mediocres, luxu, superba pompa & fastu aulicarum & regalium, nobilium mulierum carentes sint, 1. Tim. 3. 4. Tit. 1. 3. 1. Cor. 14. Pudicitia, castitate ornata & maritis suis obediens, sobrias, rerum domesticarum peritas & sollicitas esse scriptura sacra iubet.

**XLIII.**

Sicut totum ministerium docendi, loquendi in Ecclesia mulieribus interdictum est: Ita Sacramentorum administratio, Baptismi & Cœnæ illis interdicta est ex verbo Dei. Impiè ergo faciunt qui sub prætextu falsæ necessitatis obstetricibus baptizandi munus infantes in articulo mortis concedunt, cum verbum Dei contrarium doceant mulieri docere non permitto, ne loquantur sed sicut in 1. Tim. 2. 3. 4. 1. Cor. 14.

**XLIV.**

Omnium ætatum homines, infantes, maiores, nondum baptizatos, omnes reprobos, hoc est, omnes homines omnium ætatum scriptura docere, & baptizare iubet, Matt. 18. Ioh. 4. 1. Cor. 14. Oblatos Ecclesiæ, recipientes doctrinam & reprobos, qui non sunt canes & porci, docere & baptizare iubemus, Marc. 16.

Qui autem reijciunt verbum Dei, & religionis Christianæ fundamentum, nec audire sermonem Dei volunt, his Sacramentum Baptismi & Cœnæ non administramus, ut sunt Cygari multi & similes Apostatæ. Nolite sanctum dare canibus. Hos etiam copulari à ministris prohibemus.

**XLV.**

*Omnium ætatum & gentium homines oblati Ecclesie Dei recipiendi & baptizandi sunt.*

*Cygari & similes apostata carentes fundamento vera religionis non sunt admittendi*

*ad Baptismum & Cœnam Domini.*

*Quia*

Quia omnia tempus habent, ideo boni ordinis & pacis causa, publico ministerio scilicet docendi et administrandi sacramenta, tempus & locum aptum deligimus, ut decet fieri omnia, Eccl. 4. Rom. 12. 13. 14. 15. Act. 1. 2. 3. Et Apostoli certis horis ad templum Salomonis ascendebant. Qui inter conuiuia et nuptias sacramenta administrant, postquam referti sunt epulis, eos Ecclesia detestatur, tanquam *εὐραγίας*, boni ordinis violatores. Et in veteri testamento sacrificandi ritui, tempus designatum erat.

**XLVI.**

Sicut fures, adulteros, maledicos, periuros: ita ebriosos post unam et alteram admonitionem, *οὐκ ἀπομνηστεύουσιν*, communicatione puniendos cum scriptura pronunciamus, 1. Tim. 5. 13. 1. Cor. 6. 2. Cor. 6. Ephel. 5. 6. *ἡμερῶν* enim cognatum malum est fornicationi, & propter malum ebrietatis captiuitatem hostilem, & mortem minatur Dominus, Esa. 5. Mich. 6. 7. Hab. 1. 2. Amos 5. 6. 7. Imò qui ludunt ebriosorum sordibus, & *οὐκ ἀπομνηστεύουσιν* eorum malitia, eos quoque damnat Dominus, & *οὐκ ἀπομνηστεύουσιν* alios vino ingurgitant violenter, aut sub furore & prætextu amicitiae eos quoque damnat scriptura, Hab. 1. 2. Principes & iudices, ebriosos non punientes, sed in aula sua eos retinentes, Dominus iudicabit.

**XLVII.**

Pastores iustum & æquum iudicamus, ut citati à laicis in ius primum coram iudice proprio, hoc est, coram senatu seniorum iudicentur. Deinde & appellationi,

G

tioni,

*Omnes ministerij partes conueniunt in tempore & loco peragi debent.*

*Qui excommunicatione puniendi.*

tionem, ad regem & sedes iudiciarias, non contradicant. Nam oportet omnes subijci suis magistratibus clericos & laicos, Rom. 13. 1. Pet. 2. 4. 5. Neque libertate filiorum offendiculo simus alijs, ne habeant occasionem male dicendi nos aduersarij Iesu Christi.

#### XLVIII.

Non oves pastorem, sed pastor regit oves: Ideo & concionatores ex verbo Dei regant Ecclesias suas, neque assentatorum & hypocritarum ventosis criminationibus circumferantur, aut fascinatè ad nutum adulatorum doceant, sed contra portas inferorum veritatem dicant, & doceant inuito Diabolo, & impijs hominibus, Ioan. 10. Ezech. 33. 34.

#### XLIX.

Tempestiuè & intempestiuè pastores veri ex verbo Dei peccata & scelera omnium ordinum, regum, principum, nobilium, subditorum arguant, & increpent, sicut tuba exaltent voces suas, & non pareant, Elai. 58. Ezech. 3. 18. 33. Hier. 18. 2. Tim. 3. 4. Qui vero peccatis parcunt, iudicamus canes mutos esse. Tempestiuè cum publicè docent in cœtu Ecclesiæ, intempestiuè, id est, priuatim, etiam extra cœtum & suggestum.

#### L.

Ecclesias, pagos, villas & ciuitates duplici honore suos pastores non præuenientes, sed operarios iusta mercede & cibo defraudant, in peccatis regnantibus uiuunt, eos deferendos & pastore prinandos, & Satanæ tradendos, qui non obediunt veritati, pro publicanis habent.

*Officium  
pastorum  
Ecclesiæ.*

*Quales  
cœtus sint  
pastoribus  
& verbo  
Dei pri-  
uandi.*

habendos scriptura iubet, Matth. 10. 18. Rom. 6. 13. 2. Thess. 3.

#### LI.

Sicut excommunicatio & depositio ab Ecclesia & synodis fieri debet, post cognitionem & delictorum requisitionem per testes, Matth. 18. 2. Tim. 5. ita assumptio aut reconciliatio ab Ecclesia fieri debet. Sicut Apostolus in exëplo incesti eiectioni & recepti docet, 2. Cor. 2.

*Excõm-  
nicatio de-  
positio &  
assumptio  
in Eccle-  
sia fieri  
debet.*

#### LII.

Catechesin, hoc est, symboli & orationis dominicæ & Decalogi compendiosam & breuem explicatorem in Ecclesijs retinere volumus, ut sit introductio ad perfectiora, Ebr. 5. 6. Gala. 5. 6. Et tempore Apostolorum erant catechizantes, qui religionis fundamenta iuxta symbolum Apostolorum proponebant.

#### LIII.

Sicut nulla luci cum tenebris participatio, fidelium cum infideli, 1. Cor. 10. 11. 2. Cor. 6. ita sacris ritibus, & sepulturæ impiorum & hypocritarum ministros adesse nolumus, quia scriptum est: Sine ut mortui sepellantur suos mortuos: Et quicumque corpus, fundamentum doctrinæ, verbum Dei contemnunt, & non audiunt, illis nec in sacramentorum administratione, nec copulandi ritu ministrari permittimus, ut dicitur: Nolite sanctum dare canibus: Si non receperint vos, exite Matth. 7. 10.

*Ministri  
Ecclesiæ  
contempto  
ribus ver-  
bi Dei su-  
am operã  
locare nõ  
debet.*

#### LIII.

#### G

Peccata

Qua  
qualia  
peccata  
sunt morte  
digna.

Peccata quæ scriptura morte plectenda iudicat, vt homicidium, fornicationem, periurium, idolatriam, adulterium, incestum, scortationem, aut foedam pollutionem cum masculis & iumentis, vt Leui. 18. 19. 20. Et vniuersale præceptum est de fornicationibus Leui. 18. 19. Quicumq; ex his omnibus malis, & abominationibus, quacumq; ratione fornicatus fuerit, siue sit ille in matrimonio, siue extra matrimonium, liberæ personæ, tamen succidantur animæ illorum, & moriantur ambo, adulter & adultera, fornicator liber extra coniugium & fornicatrix. Nam adulteros & fornicatores Deus iudicabit & condemnabit, 1. Cor. 5. 7. Eph. 5. Gal. 5. 6. Ebræ. 12. 13.

Nam vt coniugatis prohibetur adulterium, ita & inconiugatis & vt coniugati mortem merentur, ita & inconiugati. Sic enim scriptum. Si quis duxerit puellam uxorem, & non fuerit virgo, morte moriatur, & lapidibus obruatur, Deut. 22. Si quis oppresserit virginem desponsatam in ciuitate vel pago, ambo moriantur, puella quia non clamauit, vir quia uxorem proximi humiliauit. Item Leui. 20. 21. Filia sacerdotis si fornicata fuerit, exuratur. Tolleris malum de medio vestro, Deut. 22. Placatur autem ira Dei cum malefici tolluntur de vita, & adulteri & fornicatores occiduntur: Sicut Moses Patres per filios, & contra occidi iussit propter vtrunq; malum, propter vituli adorationem, & quia postquam edidit & bibit, surrexit ludere, etiam carnaliter fornicati sunt. Et cum populus cum

Madiani-

Madianitis fonicaretur, accensa erat ira Dei in populum, sed Phinees scortatorem cum meretrice transficiens, placauit iram Dei, Num. 25. 1. Cor. 10. Impiè faciunt igitur magistratus, iudices & officiales, qui adulteros & adulteras, fornicatores, scorta publica mulctæ pecuniaria, aut flagellatione leui puniunt, non autem morte, sicut Dominus iudicat & præcipit. Senes qui Susannam opprimere volebant, Daniel occidere iubet. Et pij reges, Daniel, Iosaphat, & Patres Abraham, Isaac, Iacob capitali pœna puniebant fornicatores & adulteros. Sicut Iudas cum videt Thamar factam esse grauidam, morti adiudicat, Gen. 38. Producite Thamar & comburratur. Propter fornicationem & ebrietatem, idolatriam diluuius perijt mundus, Sodoma Gomorra propter foedam scortationem submersæ sunt, Gene. 6. 7. 8. 18. 19. Iudic. 20. Propter stupratam Leuitæ uxorem Beniamitæ trucidantur. Damnat Propheeta & eos, qui vino mulctant & puniunt reos, vt vulgus rusticorum factitat, Amos 2. f. vir & pater ibant ad puellam ad fornicandum, & super vestimentis oppignoratis accumbebant, & vinum eorum bibebant, qui puniebantur, sed vix illis, quia prophanant sanctum nomen meum. Tales igitur ex verbo Dei destamur.

L V.

Reges & principes, magistratus, officiales & iudices Spiritus S. sanctos & inculpatores esse iubet, & iuste dominari, 2. Samu. 23. Psal. 101. Quomodo enim alios punient, si rei sunt malorum ipsi propter quæ alios occident.

G 3

cident

Principes  
et magi-  
stratus, of-  
ficiale et  
iudices  
quales esse  
oportet,  
quibus le-  
gibus et  
decretis  
utantur,  
et pecca-  
ta pro me-  
ritis puni-  
ant.

ident. Negat Apostolus cum Abraham, Gene. 18.  
Rom. 3. Deum iudicem mundi & ultorem esse posse, si  
respiceret ad peccata, in peccatis delectaretur, vel pec-  
cata ad gloriam suam fieri iudicaret: Principes Biblia  
sacra præ manibus habeant, & præferant iudicium  
Dei in Mose & Prophetis descriptum omnium Impe-  
ratorum decretis. Deus enim est veritas, iustitia, lux:  
Sanctè & verè igitur de omnibus iudicat: Et si autem  
in legibus forensibus species quædam Iudæos respici-  
unt solos: tamen genus earum specierum omnes gen-  
tes: Sicut Decalogus ad omnes gètes pertinet, ita genus  
legum Diuinarum ad omnem populum & nationes.  
Lux igitur & norma sit lex & iudicium Dei in omni-  
bus populorum legibus & iudicijs Psal. 51. Rom. 3. Sit  
Deus verax, omnis homo mendax. Decreta mentiti  
possunt contra Deum scripta. Deus autem non. Impie  
igitur faciunt, qui propter longam & sædam consue-  
tudinem leges & iudicia rejiciunt, præsertim propter  
decreta: Moris est nobis, adulteria, taurina mulcta,  
flagellis punire. Ita nobis vsu venit à longo tempore:  
decreta sic habent, etiamsi lex Dei contrarium dicat.  
Tales nugæ audiant, Matc. 23. Væ qui rejicitis præce-  
pta & traditiones Dei propter traditiones vestras fal-  
sas, vide 2. Samu. 23. Psal. 81. 82. 101. quam sanctitatem  
Dominus à Magistratibus requirat. Quicumq; igitur  
peccata & delicta non puniunt, dicimus eos currere  
cum furibus, cum adulteris portionem ponere, Psal. 50.  
53. Hos socios furum, id est, omnium malorum scri-  
ptura

putra vocat, Esa. 1. & Mich. 6. 7. Esa. 25. 26. 31. Damnat  
Spiritus sanctus iudices, qui adulantur principibus, &  
impijs eorum postulatis, mandatis contra Deum obe-  
diunt, Princeps postulat, iudex reddit, id est iudices,  
officiales iniusta mandata exequuntur: Vram mond-  
gya. Istente mondom minden marhaiat el vësem.  
Spoli ant, occidunt, mulctant, deprædantur iniuste in-  
nocentes, propter principum Tyrannidem: Consen-  
tiant maleficis qui peccata maleficorum non puniunt,  
Rom. 1. 2. 3. Sentientes autem & consentientes simul  
condemnabuntur. Vniuersale mandatum est ad prin-  
cipes: Maleficos ne patiaris viuere, Exod. 21. 22. Deut.  
22. Princeps ideò gerit gladium, vt puniat malos,  
Rom. 13. Dauid ita loquitur, Cito, mane maleficos tol-  
lam de aula mea, de ciuitate Dei, adulator, impius, ido-  
latra, maledicus, deprædator, ebriosis, mihi non mini-  
strabunt, Psal. 101. Sed hos eijciam. Sed heus: Nunc  
principum aula hac colluue malorum referta est, pau-  
cos inuenias qui hæc mala detestentur, iuste, sobrie  
viuant.

Ideò autem ebrietas fugienda est principibus &  
omnibus, quia parit a sotiam, id est, luxum, fornicati-  
onem, homicidium, corda piorum aggrauat, & exclu-  
dit à regno Dei, 1. Cor. 6. 7. Nolite vino inebriari, quia  
in ipsa inorgurgitatione, luxus, intemperantia, fornicatio  
est, Osa. 4. Ephes. 4. 5. Vinum & fornicatio cor aufe-  
runt, Nabuchodonozor, Darius, Artaxerxes, Balthasar  
puniti

Ebrietas  
principi-  
bus et  
omnibus  
cur serio  
sit cauenda.

puniti sunt propter ebrietatem, eo quod se & alios vi-  
no ingurgitarent, Gen. 19. Hab. 1.2. Dan. 5.6. Loth vi-  
no inebriatus scdam cum filiabus pollutionem fecit.  
Ex his pronunciamus, quicumq; ex principibus ebrio-  
sos & maleficos non puniunt, contra mandatum Dei  
peccare grauiter.

### LVI.

Scriptura suis limitibus circumscripsit & limita-  
uit, Exo. 21.22. Deut. 19-21.22. Leui. 24. quibus gratia re-  
gis dari possit, sic: Si quis volens occiderit hominem,  
morte moriatur: Qui non volens, nec insidiatus est,  
ille ne moriatur. Solius Dei est remittere peccata, dare  
veniam. deinde pastorum munus est in nomine Dei  
soluere, ligare, remittere, & non condemnare. Mat. 18.  
28. Ioan. 20. Perperam principes hæc ad se trahunt.,  
Non esset Deus iustus si peccata non puniret, quo-  
modo igitur principes peccata inulta dimittere pos-  
sunt, cum præcipiatur illis: Tollite maleficos, & ne  
patiaris viuere, Exo. 22.23. Leui. 20. Num. 35. Mortem  
minatur Dominus populo, & principi, qui negligunt  
reorum punitionem: Væ inquit Dominus, qui iustifi-  
cat, & absoluit impium, reum mortis, adulterum, ho-  
mucidam propter munus, Esa. 1.5. Prou. 17. Mich. 4.5.  
6.7. Dauid cum non posset reos mortis occidere, Filio  
suo Salomoni testamento legat, vt rei mortis occidan-  
tur propter peccata capitalia, 3. Reg. 1.2.3. Maior est er-  
go Dei autoritas, quàm hominum consuetudo. De his  
infra còpiosius.

Sicut

### LVII.

Sicut loca conuentus sanctorum pura, & ab omni-  
bus sordibus aliena esse debent, ne transeuntium sint  
cloaca, aut porcorum haræ: Ita & a fœtidis sepultura-  
rum contaminationibus aliena esse oportet, propter has  
rationes.

*Loca pu-  
blica con-  
uentus pio-  
rum qua-  
lis esse  
debet.*

1. Scandalum est vitandum, neque infirmi abusu  
nostræ libertatis offendendi sunt, quia væ per quem ve-  
nit scandalum, 1. Cor. 8.10. Matt. 18. Sed in terra pro-  
phana, & Papisticis sordibus incantata cum papistis se-  
pellire est occasio scandali, teste Apostolo, 1. Cor. 8. 10.  
Nam sicut idolothyta tanquam Dæmonijs sacrata edebant  
impij cum conscientia idoli, ita papistæ cum con-  
scientia idoli & prophanæ contaminationis vtuntur  
Cœmeterijs, aliquam sanctitatem & religionem pro-  
pter incantationem Papisticam terræ illi tribuentes:  
Si igitur ibidem & eodem loco sepelliant & Christiani,  
scandalo erunt infirmis. Nam iudicantur ab infirmis  
& papistis cum conscientia papistica, eo sensu & fine &  
pios in eo loco sepellire, quo papistæ. Iubet ergo Apo-  
stolus ab idolio, de sacris impiorum egredi, ne offen-  
dantur infirmi ignorantes propter conscientia nostræ  
libertatem.

*Cœmete-  
ria piorum  
ubi &  
qualia es-  
se debent.*

2. Christus, Patriarchæ extra ciuitatem, extra locum  
conuentus habuerunt sepulturæ suæ loca, Gen. 23. Abra-  
ham ab Ephron pecunia emit speluncam duplicem pro  
sepulchro. Christus extra ciuitatem sepultus est, Ebre. 13.  
Matt. 27. Et omnes pij reges extra synagogas sepulti

H sunt:

sunt: Nunquam in eodē loco sepulti sunt ubi sacrificarunt, aut docuerunt: Impiē faciunt igitur qui in terra ā papistis fœdata cum multorum scādalo suos mortuos sepeliunt.

#### E VIII.

Displicet Spiritui sancto, & nobis Christum cum Bēlijal, iusticiam cum iniquitate in vnum iugum velle coniungere.

In eodem templo & loco docere, sacramenta administrare, ubi Dæmonijs sacrificant, missarum idolomania, & reliquæ abominations perficiuntur, fit fornicatio fœda. Idq; propter has rationes. Nam vt Ecclesia malignantium, ita & loca eorum ab initio, ā Cain vsque ad Apostolorum tempora distincta fuerunt: Soli Deo in templo Salomonis offerebatur. Impijs vero, Ieroboam, Iezabel & Achab in Samaria locus prophanationis erat.

2. Beatus vir qui non abiit in cœtum impiorum, & non audiuit voces incantantium, & luporum, Psal. 1. Sed in eodem templo esse, docere vt Budæ, Pestini & alibi audiuntur abominations & fœdæ prophanations Dei, sine contradictione impossibile est, templum Dei & domum Dei posse locum eundem & etiam locum esse Belial, Christus eiecit mercatores mentes & vendentes, Matt. 21.

3. Quia scriptum est: Non est bonum in tabernaculis impiorum manere, Esai. 52. 2. Cor. 9. Exite de medio eorum, immundum ne tangatis ā tabernaculis, &

cœtu

cœtu Core, Daran, Abiron, hominum impiorum separimini, Psal. 84.

4. Quia nullum testimonium, nec idoneum exemplum reperiri potest, sanctos cum impijs in eodem templo, domo & synagoga obtulisse, & perpetuo in vno loco mansisse. Oves enim Christi voces mercenariorum fugiant, & non audiunt, Ioan. 10.

5. Quia scriptura iubet destrui idola, lucos excindi, aras diruere ubi sacrificant; Iubet tolli missæ idolomaniam. Quomodo igitur Christiani in lupanari Antichristi, papæ manebunt: Separentur ergo ā tabernaculis impiorum, & propria loca ad conueniendum habeant.

#### LIX.

Sicut ā tempore Cain & Abel semper vera & visibilis Ecclesia, seu cœtus electorū, cui admixti fuerunt semper hypocritæ, perinde ac tritico zizania, cœtui bonorū piscium pisces mali, qui vento Dei ventillabuntur, & igni Dei, vt separati ā tritico fuerint, conburentur, Mat. 3. 7. 8. 13. A falsa & impiorum vel malignantium cœtu, vt templum Salomonis ā templo Samariæ Ieroboam, idolatricorum, qui cœtus reiecta vera Dei cognitione, excæcatus, per Satanam & Antichristum per impiaque dogmata, excæcati sunt mente sua, reiecta veritate credunt mendacio, reijciant præcepta & mandata, cæremonias, & instituta Dei, Biblijsque sacris: Antichristi, Papæ tradiciones, doctrinas, instituta, Missas abominandas sequuntur, quæ sunt stercorea, stipulæ, vanæ deceptiones, quæ eradicabuntur,

H 2

cabuntur,

cabuntur, & delinuantur, ut Spiritus sanctus inquit: Ita ergo & nunc hi duo cœtus, ut professione, doctrina, fide, institutis, cœlaris distinguantur, ut conuentu & congregationum publicarum locis distinguantur oportet. Ut enim impossibile est Christum & Belial conuenire, & vnum esse posse, ita impossibile veram Dei Ecclesiam (quæ est corpus & sponsa Christi) posse vnam esse: Ut lupi cum ouibus, peccatum cum iustitia, lux cum tenebris, vita æterna & gehenna, mors vnum non sunt: Ita Ecclesia sancta, catholica, & Ecclesia malignantium vna esse non potest.

Ut autem hypocritæ paulatim, & sensim deficiunt de cœtu sanctorum: Ita de cœtu malignantium quotidie apponentur, qui salui fiant. Nam ut vasa iræ saluari impossibile est: Ita electos perire impossibile: Quotidie ergo de medio impiorum electi colliguntur, Rom. 3. 8. 9. 10. 11. Ephe. 1. 2. 3. 4. 5. Timo. 1. 2. 3. 2. Tim. 1. 2. A&O. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 10. 11. 13. 16. Esai. 8. 9. 10. 54. Ut ergo differunt hæc duo: Christus dilexit Ecclesiam & se tradidit pro ea. Item odiui Ecclesiam malignantium, Psal. 26. 37. 64. Ita cœtus piorum vna est Ecclesia Catholica, quæ in donis cœlestibus, in causis salutis, in spiritali vniõne est inuisibilis, sed in fructu, professione, operibus & personis hominum respectu visibilis. Impiorum vero cœtus est altera Ecclesia, in quam prohibet Spiritus S. ne beati viri & electi veniant. Psal. 1. 15. 64.

#### L X.

Hæreticos veritate scripturæ conuictos, perfidos, generales

generales Ecclesiæ consensus turbantes, & in veritate doctrinæ non persistentes, sed Deo & toti scripturæ sacrae repugnantes, Patrum orthodoxorum & modernorum Ecclesiæ doctorum confessiones, scripta, iudicia reijcientes & damnantes, & suas opiniones hæreticas stabilientes, quæ singulis diebus & horis variantur, tanquam solido fundamento carentes, velut arundines, stipulas, post multas iam admonitiones deuitamus, quia præter logomachian, Antitheses Pseudonymu gnoleos, nihil habent. Et in conuicia & blasphemiam erumpunt ut Sabellius, Ebion, Arrius, Seruetus & Seruetici, 1. Tim. 1. 3. 4. 6. 2. Tim. 1. 2. 3.

#### L X I.

Cum Spiritu sancto damnamus & eos, qui fœdis simulacris & idolis sanctæ & semper adorandæ Triadis, Patris, Filij & Spiritus sancti manifestationes factas in varijs formis patribus, & in nouo testamento ad Iordanem in Christi Baptismo illuserunt, sicut seuerè prohibitum est. Non facies tibi sculpturam aut similitudinem vllam. Et populus terræ, magistratus arguuntur, si idolatras, Blasphemos non punierint, quales sunt Seruetici, Exo. 20. Leui. 19. 20. 24. Deut. 4. 5. 7. 19. Vnitatem & Trinitatem in vno Iah, Iehoua, Esai. 26. pro duabus quasi continentibus & thecis pingunt, à Patre, filio & Spiritu S. separatas: Prima theca vna essentia Deitatis, in qua quasi tres cultri in vagina, Pater, Filius, et Spiritus sanctus continentur. Et ut vna theca separata est, & differt à tribus cultris, ita nos essentiam Deitatis vnam separari, & seorsim quasi poni in Triade, & ut theca vna,

*Hæretici  
verbo Dei  
conuicti,  
si pereant  
contumaces  
esse, ca  
uendi sunt.*

& tres culti sunt quatuor, ita somniant vnā essenti-  
am & tres dantes testimonium in cœlo quatuor Deos  
esse. Alteram thecam somniant, Triadem, in qua  
illa vnitas includitur. Sicut res vna in tribus locis & the-  
cis locatur, vt vinum, vas vini maius, in tria minora  
transfunditur, ita nos de Triade sentite somniant. Cum  
scriptum sit Iehoua vnus est Elohim, & Elohim est Ie-  
houa vnus. Hi tres vnum sunt. i. Ioan. 5. Et vnus Deus est  
nobis, qui est vnus Deus Pater, vnus Dominus Iesus, v-  
nus & idem Dominus & Deus Spiritus Sanctus, i. Cor. 8.  
12. Id est: Vnitas Deitatis est in Triade, id est, Patre, Fi-  
lio, & Spiritu sancto & Trinitas est in vnitate, id est, in  
vna natura trium: Quia extra me, præter me, ante me,  
post me, non fuit, non erit Iehoua, & Deus: id est extra  
Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum nec vnitas, Dei-  
tas, nec Trinitas fuit Esa. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. Ego  
in Patre & Pater in me. Effundam de Spiritu meo su-  
per omnem carnem. Emisit Deus Spiritum Filij sui.  
Spiritus sanctus de meo accipiet. Pater in me manens  
facit opera: Ego non sum à me ipso, à me ipso non ve-  
ni, non operor, non loquor. Impie somniant ergo vni-  
tatem, & identitatem nature, & Triadem, seu distinctas  
proprietas, & dispensationes vnus Iah, & Iehoua,  
extra Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse posse.  
Aut essentiam aliquam abstractam, nudam seu thecam  
aut fontem ex quo Pater, Filius & Spiritus sanctus pro-  
grediantur. De his in confessione copiosius.

Post

Post Theologicas rationes hæc vnica ratio sumpta  
à tota natura à Deo condita, refutat Serueticos. Scilicet  
in omnibus speciebus disparatis, animatis & inanima-  
tis, in tota mundi machina est vnitas, & distinctio. Na-  
tura specierum vna, sub qualibet specie proxima singu-  
laria, & indiuidua suis proprietatibus & hypostasibus  
distinguantur. Vnitas tamen nature vt non est extra  
singularia, nec ab eis separari potest, ita singularium nu-  
merum non auget vnitate sua, quæ nulla est extra indiui-  
dua. Ita, quia vnitas & identitas Deitatis est in Patre,  
Filio & Spiritu sancto, & ab his separari aut tolli nõ po-  
test. Et vt non est aliquid, hiphistamenon, imo nihil  
est extra & sine Patre, Filio & Spiritu sancto. Esa. 41.  
43. 45. Ita tres hypostases, Patris, Filij & Spiritus sancti  
vnitate sua non auget. Nam omne per se subsistens  
quantitatem numerum, & qualitatem recipit, & auget  
numerum, vt theca subsistens per se separatim trium  
culorum, trium culorum numerum auget. Sed vt  
vna substantia secunda, vna natura specierum, & indiui-  
duorum extra primas substantias & indiuidua nihil est,  
non subsistit, non facit numerum, quia quantitate caret  
ita vnitas essentia Deitatis, quia extra Patrem, Filium  
& Spiritum sanctum per se, in se, separatim abstractiue  
nihil est, igitur nec quantitatem habet, neq; numero tres  
dantes testimonium augere potest. Vt stolidus & impi-  
us est, quia extra orbem, radium, splendorem naturam  
solis abstractiue, aut Mathematicè considerat, calor, lux  
nulla est in Sole extra orbem, radium, splendorem:

extra

extra ignem & flammam nullus calor, & lux erit per se abstractiue ita stolidissimus erit, qui essentiam cœu thecam, continens aliquid fingit extra Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.

Pulchra vnica Christi collatio Serueticas nugas refutat, quæ est Ioan. 17. Pater gloriam quam dedisti, dedi illis, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. Impie igitur Seruetus de vnitae & Trinitate in Deo vociferatur. Nam sicut inepte concluditur: Omnes electi sunt vnum in Deo, id est, vnus & eiusdem gratiæ Patris, redemptionis Christi, & sanctificationis Spiritus sancti participes, vno & eodem Spiritu Dei potiti: vna & eadem Christi iustitia iustificati: sicut vna & eadem est natura, caro virtus omnium: ita vnus & idem est nouus homo, natura noua, renata, idem cor nouum, & Spiritus nouus in omnibus electis. Ex hac vnitae & identitate non sequitur, quia anima & cor, Spiritus, iustitia, fides credentium vna. Ergo credentes sunt tantum vnus homo, & nihil inter se differunt numero & proprietate, ita h. n. s. Pater, Sermo, Spiritus vnum sunt natura, identitate, Deitate. Ergo numero nō sunt tres, nō differunt. Species enim specialissima vna est natura sine numero, sed indiuidua & singularia specierum numero, persona, proprietate & certis notis distinguuntur: Ita vnus est Deus sine vlla quantitate, qualitate, mensura. Sed huius vnus Deitatis, aut naturæ vnus proprietates hypostaticæ distinctæ proprietate, dispensatione, & apparitione, tres sunt numero, seu hypostasibus numeratis

meratis & distinctis. Altera collatio est Spiritus, aquæ & sanguinis, 1. Ioan. 5. Sicut hæc tria, Spiritus, aqua sanguis vnum sunt, aut vnum sunt in testificandi veritate, quia idem & vnum de eadem Dei gratia, de Christo testantur, & tamen longè inter se differunt. Et sicut vnitae & Trinitas horum trium, Spiritus, aquæ & sanguinis, non faciunt quaternitatem, neque fit confusio in vnitae & Trinitate. Item, quia Petrus, Paulus, Ioannes Christi discipuli in Christo sunt vnum, & sunt etiam tres distincti proprietate, vt horū trium vnitae in Christo, & Trinitas inter se non facit quaternitatem: Ita vnitae & Trinitas horum trium, Patris, Filij & Spiritus sancti non faciunt quaternitatem, neque confusionem in vnitae & Trinitate,

## L XII.

Ex verbo Dei contra furores noui Anabaptistæ, Serueti statuimus infantes cum maioribus baptizandos esse propter has rationes.

1. Res sacramenti, fœdus ipsum, iustitia, vita, ingressus in Ecclesia regeneratio pertinet iam ad infantes electorum, ex pacto Dei. Ergo & signum illis dandum est, Gen. 17. 22. Esai. 59. Ero Deus tuus & seminis tui. Non auferam Spiritum meum, & verba à te & semine tuo.

2. Christus iubet sibi afferri Zerijm & Nearim, id est, τὰ βρέφη καὶ τὰ παιδία. Matt. 9. 10. & Luca interpretibus cap. 18. Hoc est infantes & puellulos, & arguit Apostolos prohibentes. Hos Christus in vlnas recipit, benedi-

*Infantes  
cum adul-  
tis bap-  
tizandi  
sunt.*

cit, & dicit in se credere, Matth. 18. Mar. 9. 10. Nisi autem fuissent pusilli & infantes ab uerbis pendentes in uinas non recepisset: Ergo tingendi sunt infantes, Impieque nugantur Serueticus canes infantes non credere, non audire, non discere, non regenerari, non sanctificari. Quia à Deo Patre in Christi merito, ope Spiritus sancti in arcana schola audiunt, discunt, credunt, placent Deo, ideo credunt, quia sine fide nemo placet, Ebre. 11. Rom. 10. 14. Matth. 18. 19.

3. Circumcisi sunt infantes ex mandato Dei. Gen. 17. Sed Circumcisioni successit Baptismus, ut Apostolus confert, Rom. 2. 4. 6. Col. 2. 3. Et planè eiusdem rei sunt sigilla & notæ regenerationis scilicet & ingressus in Ecclesiam, Gal. 2. 3. Deut. 10. Ergo & infantes tingendi sunt: De similibus enim idem est iudicium.

4. Vniuersale præceptum: Ite in mundum, docete & baptizate omnes, qui crediderit saluus erit. Maiores à ministris immediatè foris docentur & discunt. Infantes uero mediatè docentur foris per eos qui illos Ecclesie offerunt, intus à Spiritu sancto docentur, & uirtute Spiritus sancti credunt. Credunt autem ut Matth. 18. 19. Marc. 10. 9. Luc. 18.

5. Apostolus Paulus totam domum Stephanæ baptizauit, Ad Ioannem tota Iudæa exibat, inter quos fuerunt & infantes, sicut historie docent, 1. Cor. 1. Matt. 1. Luc. 3. Ioan. 1. 2. Omnes ergo uenientes ad Baptismum e catholici & Apostolici Symboli confessione, id est, quicunque testantur se religionem, fidem, doctrinam recipere,

recipere, approbare ea, quæ in Symbolo Apostolico continentur: Sicut pro symbolo & tessera, nota & signo fuit symbolum ab initio in Ecclesia, ut ex cap. Ebre. 5. 6 Gal. 6. colligi potest. Cætera argumenta & testimonia uide in libello Vngarico de Triade scripto hoc anno 1567. in Augusto edito, ubi argutiæ & argumenta Serueti refutantur.

### LXIII.

Docemus ex uerbo Dei blasphemos, hæreticos, uera doctrina legitime cōuictos, & damnatos reos esse mortis, ab Ecclesia eijciendos, à magistratibus autem iure gladij occidendos. Ut Sabelliani, Serueticus, Arriani, Fotiniani, qui distinctionem hypostaseon proprietate, persona, manifestatione & dispensatione realem ac ueram Trinitatem negant, & soli Patri unitatem Deitatis, personæ, substantiæ tribuentes, in Patre somniant λογόν & Spiritum Sanctum esse hypostaticas uirtutes: Sicut in homine anima est substantia, & anima habet partes substantiales, sed tamen unus est homo, extra unum hominem anima, & substantiales partes nihil sunt: Ita extra Patris substantiam & hypostasim negant Sabelliani Filium & Spiritum sanctum subsistere, proprietatem in se subsistentem, & incommunicabilem habere, cum omne proprium incommunicabile sit, & propriam hypostasim constituat. Pater Filius esse, persona, nomine & proprietate non potest, & contra. Et manifestè scriptum est: Sicut pater in se habet uitam, ita dedit & Filio in se habere uitam seu subsistentiam, Ergo Pater

*blasphemus & hæreticus uerbo Dei cōuictus, ab Ecclesia eijciendus, & à Magistratibus occidendi sunt.*

& Filius in se subsistit. Scriptura item Patrem & Filium vocat duos: Patrem vero, Filium & Spiritum sanctum tres testes: Quæcunq; autem numero, proprietate, hypostasi differunt & distinguuntur vna natura quidem sunt, sed vna hypostasis numero & proprietate esse non possunt: vt Petrus, Iacobus, Ioannes distinguuntur proprietatibus: Vna persona ergo non sunt: Tertiò: manifestationibus in vtroq; testamento, Patri, Filio, & Spiritui sancto distinctè & sensim hypostases tribuuntur, vt tres virorum formæ, vox sonans, columba, & viri forma in Baptismo.

Docemus ex ore Dei Hæreticos, id est, qui contra Dei veram vnitatem, essentiam & Trinitatem, contra Filij & Spiritus sancti diuinitatem, & contra Dei voluntatem in Biblijs & symbolis patefactam, contra fidei articulos, contra cœlestem doctrinam patrum orthodoxorum, & catholicæ Ecclesiæ testimonia & confessiones, consonas scripturæ veritati, impiam doctrinam repugnantem veritati, scindentem Ecclesiæ vnitatem & gignentem scandala, & impios errores & peccata, pugnas verborum amplectuntur, & temerè blasphemando, non obediendo, & non acquiescendo, sacris sermonibus, docent tantum ex superba inflatione inuidia, dissensione, scissione, odio, vt Ephe. 5. 6. Gal. 5. 6. Phil. 2. 1. Tim. 2. 3. 4. Tit. 3. 2. Pet. 2. 3. Iud. 1. Apoc. 1. 2. Secundum originem suam per omnes circumstantias hæresis impia & doctrina hæreticorum Gangrænæ comparata describitur. Prima ratio hæc est: Iubet Spiritus

sanctus peccata mortalia contra primam & secundam tabulam sæuè morte plectenda: Si quis dederit idolo Moloch de femine, si quis adorauerit idola, condemnando Deum, si quis blasphemauerit nomen Dei, sabbata mea non custodierit: Si surrexerit falsus Propheta sine miseratione interficiatur & moriatur, Leui. 19. 20. Num. 35. Deu. 13.

Secundò: Reges pij, & Prophetæ pij, vt Helias iussit occidi Sacerdotes Baal per subditos Iosaphat, Iehu, Iosias hæreticos & falsos Prophetas, ex iussu & mandato Dei occiderunt, 3. Reg. 18. 19. 22. 4. Reg. 4. 6. 10. 23. 25. Ita Hier. 5. 14. & Esai. 5. 56. 58. Ezechie. 13. 14. horrendam mortem hæreticis Deus minatur.

Tertiò: Apostoli, cum magistratus non occiderent hæreticos, diuino fulmine occiderunt, vt Petrus Ananiam, Paulus Alexandrum, Hymæneum anathematizauit.

Quartò: Iubet Dominus Blasphemum lapidare, Leui. 24. Omnes hæretici sunt Blasphemi. Sunt igitur occidendi. Et Apostolus post vnam & alteram admonitionem hæreticorum fugere iubet, Tit. 3. 2. Tim. 3. 4. Quod autem obijciunt quidam: Zizania non esse colligenda: loquitur de hypocritis, de paleis, piscibus malis in sagna bonis admixtis, hoc est, quorum peccata tecta sunt, non manifestè blasphemi, hæretici, homicidæ, adulteri, sed latent inter triticum hos negat extirpandos. Nam hypocritæ, impij plures sunt quam electi. Si isti omnes occidendi essent, totus mundus de-

lendus esset. Zizania ergo quæ adhuc in herbis sunt, non sunt extirpanda, sed cum maturescunt peccata impiorum, hæreticorum notoria sunt, iubet Dominus occidi, tolli de medio ne viuant, Exod. 22. 23. Deut. 17. 18. Leuit. 19. 20. Num. 35.

### LXIII.

*Visitatio  
necessaria*

Visitationem Ecclesiæ necessariam esse duabus de causis ex ore Domini docemus.

Primo, vt in pastoribus doctrinæ primum puritas post et vitæ innocentia diligenter cognoscantur, & experimento innotescant. Hæc duo enim scriptura à pastoribus requirit vt habeant sanam doctrinam, attendat lectioni, discant, doceant, ne sint ociosi, scirentur scripturas, attente legant Biblia, & quæ legunt intelligant, Ioa. 3. 5. 7. 1 Tim. 3. 4. Tit. 1. 3. Mat. 24. 25. Luc. 21. 24. Deinde vt sint anengliti, id est: irreprehensibiles, iusti, sobrij, veraces, fideles, non habeant peccatum propter quod accusari, aut in ius vocari possint. Non sint ebriosi, maledici, ociosi:

Secundus finis visitationis est, vt Ecclesia, auditores in doctrina, fide, confessione, quid didicerint a suis pastoribus, & quam rectè catechesin, fundamenta doctrinæ, & symboli Apostolici sensum didicerint, exigatur & ab illis confessio secundum symbolum Apostolorum. Secundo examinentur in vitæ puritate, innocentia, an digne ambulent Euangelio. Sobriè, iustè & piè viuant. Si autem in peccatis regnantibus viuunt, in comensationibus, crapula & ebrietate, Satanæ tradendi sunt.

sunt principes, nobiles & subditi, Rom. 5. 6. 13. Tit. 2. 1 Pet. 3. Fiat etiam inquisitio de labore pastorum, quomodo laborauerint in vinea Domini. Fiat requisitio & de stipendio aut mercede pastorū, ad quam soluendam subditi cogantur, Matt. 10. 1 Cor. 9. 1 Tim. 5. 2 Tim. 2. Deut. 24. 25. Ita Apostoli, Paulus, Barnabas, & Petrus fratres, Ecclesias visitabant. Hæc igitur examinentur, & recognoscantur in visitatione fide mediante. Subditi iurent & sic pronuntient de pastore. Et corra pastor iuret, & sic pronunciet de subditis. In visitatione autem pastores, ministros, rectores, & pulsatores, cantores, omnes qui ministerio funguntur, nempe & studiosos, qui iurent; & sic de suo magistro pronuntient, visitari volumus.

Visitatores autem sint Decani, Seniores, qui singulorum errata iustè & fideliter describentes, in publica synodo proponant. Quia autem scholæ sunt seminaria verbi Dei, & ex scholis pastores, magistros, doctores Ecclesiæ Dominus producit, In Christianorū igitur schola linguarum cognitio, Grammatica Latina, Græca (& sicubi fieri potest) & Ebræa: Dialectica, Rhetorica, & aliæ artes liberales necessariae ad Theologiæ cognitionem doceantur primum. Deinde Theologia, sacræ literæ Græcè & Latinè iuuentuti proponantur. Ita enim Apostolus docet Timotheum. Noueris quod à iuuentute sacras literas didiceris. Attende lectioni, & doctrinæ. Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Et Patriarchæ ex parentum instructione filios literas Sacras, cognitionem Dei docebant.

*Visitatores qui esse debent.*

Imo

Imo iusserat vt parentes filios Biblia sacra docerent, Item Prophetæ, Christus & Apostoli semper suis discipulis ante omnia sacras literas, Theologiam proponebant. Faciant & magistri scholarum examen in suis scholis, & disputationes frequenter in scholis exercent. Si autem hæc facere noluerint, iurisdictione Ecclesiastica puniendos pronuntiamus, 2. Tim. 3. Acto. 28.

Hic etiam diligentiam piam, fidem, obedientiam Spiritus Sanctus à discipulis & auditoribus requirit. Item mediocritatem, modestiam in moribus, gestu, vestitu & habitu. Satelliticos mores, cum habitu, gestu & capitis attonsiōne immoderata scriptura damnat, Nam militiam scholarem à militia aulica scriptura distinguit, 2. Tim. 2. Matt. 11. 12. 21. 22. Simplex fuit habitus Prophetarum & Apostolorum, discipulorumq; & semper à Satelliticorum & Mercatorum habitu distinguebatur. Sicut Eliæ, Eliseij, Ioannis Baptistæ, & Apostolorum vestes describuntur. Et malè audit in scriptura attonsiō immodesta capillorum. Visitabo omnes qui attonsi sunt in comam, Hier. 9. & Leui. 19. Superstitiosam & militarem capillorum & barbæ attonsiōnem prohibet. In vestitu ergo & in rasiōne honestam mediocritatem obseruent, ne fiant biffrontes tanquam monstra, propter hos enim malè audit verbum Dei. Studiosos item discere nolentes, sed qui semper discurrunt, diuersa loca mutant, novos subinde præceptores requirunt, laboresq; scholasticos & exercitia ferre non possunt, nec conciones sacras diebus Dominicis audiunt, & pro exercitio

Canon de  
studiosis  
& Magi-  
stris.

citio describere noluerint: carèntq; suppellectili librorum qui omnia in crapulam & ebrietatem infumunt, neque in hunc finem discunt, vt Deo & Ecclesiæ seruire, aut ministrare velint, tales eijciendos ab Ecclesia censemus, eleemosyna & beneficio Ecclesiæ indignos iudicamus. Item vt colloquia & conuersationes inhonestas cum mulieribus in scholis & extra scholam Magistri & studiosi vitent, propter occasiones peccandi, & scandala, ex verbo Dei, pronuntiamus.

### L X V.

Hoc quoque ex verbo Dei & lege naturæ concludimus. Vnuiquisq; suo stipendio & sallario contentus sit neque cooperarij sui mercedem eripiat, & se proprio prouentu ne defraudent. Hoc est, pastor & concionator, ministrorum, aut rectorum Scholæ prouentum & stipendium ne eripiat, neque furetur, & contra ministri aut facellani, magistri Scholarum, prouentum & propriam mercedem pastorum ne sibi vsurpent, & alienent à pastorum proprio sallario & indiuisiōne legitima prouentuum communium, pastoribus, ministris Scholarum deputatorum, nulla fiat defraudatio, sed secundum ordinatam à magistratu, aut à cætu & plebe proportionē & analogiam diuisiōis, fiat æqua distributio. Ita Apostolus requirit æqualitatem cum lege naturæ, & iubet vnumquemq; sua sorte contentum esse debere. Iubet Dominus terram sorte diuidi, ne fiat confusio. Et Baptista milites, & omnes ordines iubet suis stipendijs contentos esse, Luc. 3. Sicut officia distincta sunt, ita mercedes, & pro-

Legitimo  
suo stipen-  
dio quisq;  
contentus  
sit.

K

& prouentus aut fallaria Dominus distingui voluit, vt vnusquisq; pro labore suo mercedem accipiat, 1. Cor. 9. Gal. 5. 6. Rom. 4. 10. 11.

LXVI.

*Bona Ecclesiastica ab alienatis & iusta stipendia Ministris denegantes grauius peccant, & à Deo puniuntur.*

Similiter damnat scriptura principes, reges, populum, & ciuitates, pagos, quicunq; sua mercede & proprio tallario pastores, Ministros Ecclesie & Rectores Scholarum defraudant, & temerè laboris sui mercede priuant, & subdolè negant, cum scriptum sit: Dignus est operarius cibo & mercede, Mat. 10. 1. Tim. 5. Deut. 24. 25. Merces serui, pauperis & operantis, vsque ad mane non permanebit apud te. Grauius peccant igitur qui pastorum & ministrorum Ecclesie prouentum, mercedem in longa tempora & annos differunt, alij autem nunquam perperoluunt. Arguit hic scriptura magistratus, & omnes superiores, qui non solum decimis ministris debitis defraudant pastores, verum etiam bona Ecclesiastica ab initio in vsum pastorum, concionatorum, ministrorum, magistrorum & Scholarum deputata, vt sunt vineæ, decimæ, prata & alij prouentus canonicis cœnobijs olim deputata & ordinata, quæ cum conuerterentur in pium & sanctum vsum possint, dilapidantur, eripiuntur à ministris & Scholis, & vestis Christi detracta seruis Pilati adulatoribus dissecta distribuitur. Christus nudus pendet in cruce, pastores, ministri, magistri Scholarum spoliuntur, & non habent, quo, saltem se vestire aut quotidie sustentare cibo & potu cum familia possint: Scholæ desertæ sunt: Perindè vt Sedechias faciunt,

faciunt, qui exhausto Dei thesaurario, & gazophilacio, conduxit prædones, quos Dominus destruxit: nolunt sequi Dauidem & pios reges, qui semper de regijs prouentibus & spolijs inimicorum aut victorijs sanctè patris, thesaurum Dei augebant, 3. Regu. 7. 8. 2. Para 5. Et sicut ouiculam vnã vel rem minimam auferre à subditis non licet magistratibus contra legem Dei: ita detestandum scelus est, prouentus Ecclesie eripere & in vsum alienos conuerrere. Scholas & pastores denudare, & propria mercede defraudare, estq; peccatum contra præceptum Dei: non furtum facies. Ideò in veteri testamento thesauri Dei & prouentus, à magistratuum thesauris & prouentibus semper distinguebantur, loco, forma, qualitate, quantitate & alijs circumstantijs, vt 2. Reg. 7. 8. 14. 15. Par. 5. 9. 26. 35. 36. 4. Reg. 20. 23. 24. 25. Ne magistratus thesauros in Ecclesie ædificationem ordinatos eriperent.

In regno Antichristi immoderata profusione in Nicolaitas, Balaamitas, sacrificulos, fornicarios, in cœnobia seu lupanaria Monachorum, Episcoporum, Canonicorum, profunduntur: in regno autem lucis hæc Ecclesie bona erepta à suis hæredibus, à collegijs pastorum, ministrorum, pauperum sustentatione, conferuntur in zamzumijm, indignos & alienos possessores. Piè in Germania cœnobia cum suis prouentibus in vsum Scholarum ordinantur, & ex prouentibus Canonicorum & Monachorum Scholæ ædificantur. Videant igitur

quomodo ante tribunal Christi stabunt, qui hæc bona Ecclesiæ dilapidant Christo suas vestes detrahunt, & Pilati zamzumijs distribuunt. Præceperat Dominus vt duplum de omnibus censibus offerretur Domino, quàm principi. Hinc & sicli, stateres, mensuræ, libræ maiores erant, imò dupla proportione principum pondera & census excedebant. Et sic didrachmon, aut stater ad Ecclesiæ ædificationem Domino per singulos annos soluebatur. Sed heus: Nunc decupla proportione principum census & reditus, Dei census excellunt. Imò vix vigesima pars in regno Dei, in Ecclesiæ ædificationem deputatur. Copiosa merces & solutio effunditur in Kemurijm zamzumijm, id est, flagitiosam & sceleratam turbam Antichristi, in fœdos idolatras, scortatores: Sicut Achab & Iezabel cum impijs regibus, cibus & prouentibus regalibus sacerdotes Baal de mensa regia saginabant. 3. Reg. 17. 18. 19. 20. 22. 25.

Lupanaria cathamytorum, cynædorum & meretricum ædificantur in singulis lucorum, collium montium templis & ædibus sed exulat Elias, pascitur à coruo, Elifæus, Elias, à vidua & hospite tenuissimo aluntur, Prophetæ Domini esuriunt, & persecutionem patiuntur: Idem fit & hoc tempore: Corui viduæ. & fex egenorum pascit Prophetas Dei: Lurcones, lupi, vulpes, gnathones, scorta fœda, zamzumijm, id est, ipsi flagitiorum fontes, de mensa, prouentuq; tanquam canes & porci lautè saginantur, iacet interea Lazarus ad ianuam epulonis. Idèò in Mose libris, & Regum historia, & Ezech. 45. prouen-

prouentus, & stipendia principum certa lege limitata fuerunt, ne vltra modum census, & prouentus regibus deuratorum, iniustas exactiones à populo exigerent: Sic enim scriptum est, Ezech. 45. Principi hinc illinc erit collatio, census: in Israel sit illi terra & possessio: neque principes populum meum effligent amplius. Hæc dicit Ichona, Deus Israel: Sufficiat vobis principes, contenti estote stipendijs & prouentibus, ne extra legitimos fines vocationis vestræ crumpatis: Angarias, iniquas exactiones, iniquitatem & prædam nolite facere in populo, sed facite iudicium & iustitiam.

L X V I I.

Displicet Spiritui sancto, & nobis, regibus iura, decreta humana, & regnorum constitutiones proponere solum, & iuxta hæc fidem & iuramentum à regibus exigere, scilicet vt secundum hanc normam, regulam in decretis, cõstitutionibus, regna & subditos regant. Nam Deut. 17. ita scriptum est: Rex describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exempla à sacerdotibus, & habebit secum, legatq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Iehouam, Deum suum, & custodire omnia verba & præcepta Dei, cæremonias & instituta Dei. Et Dauid iam in agone, sic filium suum Salomonem regem instituit, 3. Reg. 2. Esto vir fortis, & custodias præcepta Dei, vt ambules in vijs eius, obseruesq; præcepta & instituta Dei, sicut in lege Mosi scriptum est, vt intelligas quæ prudenter agere debeas, quocunq; te verteris. Hæc igitur oportet fieri, illa non omi-

*Leges politicae & decreta qualia esse debent.*

ri, hoc est: Biblia sacra discere, legere, audire verba Dei & intelligere principes ex ore Dei oportet. Interea decreta & iustas quoque regnorum constitutiones seruare, quæ non sunt contra Biblia sacra, contra fidem & bonos mores, Matt. 15. 23.

### LXVIII.

Quia verò Paulus Rom. 13. & 2. Pet. 1. & ubiq; scriptura sacra hæc duo coniungit, debitam obedientiam, subiectionem, honorem, vectigal, & tributum, aliosq; census & proventus lege Dei & naturæ magistratibus debitos, deinde iustam defensionem bonorum & destructionem malorum, sicut opus vel labor, & merces necessariò nexu copulantur: Sic enim scriptum est: Neesse est subijci potestatibus, nò solum propter iram, sed & propter conscientiam. Propter hoc enim illis tributum soluitis, quia Dei ministri sunt, in hoc ipsum incumbentes, vt defendant bonos, destruant malos: Defendite pupillum & viduam, maleficos autem ne patiamini viuere, sed tollite malum de medio, Exod. 22. 23, Deut. 1. 10. Psal. 82. 101. Esa. 1. 5.

Cum igitur principes, debitum subditis non reddunt, sicut peccat populus non reddens ea quæ sunt principis: ita peccant principes cum possint defendere, & non defendunt. Id enim lege Dei & naturæ debent. Quod si autem non sunt defendendo, neque possunt tyrannis superioribus resistere, vt de censu, de angarijs, iniustis exactionibus aliquid remittant, oportet: Merces enim sine labore accepta, species est furti. Defensio

Debita

Quid sub  
diti suis  
Magistra  
tibus, et  
Magistra  
tus suis  
subditis  
iure diui  
no debe  
ant.

debita à principibus populo est merces, quam populo pro censu, vectigali & tributo debent. Ideo literaliter scriptum est: Sufficiat vobis principes vestrum stipendium iniquitatem, prædam aut (vt Ebraicè dicitur, chamas sòd geruffet, id est, calumniam, prædam, & exactiones, angarias, vt vulgò dicitur az ostor adotokat) Ezech. 45. omittite. Peccant ergò cum non defendunt subditos, sed grauius peccant, qui populum, subditos, cum se defendere honesta ratione subditi possent, prohibent, & subijci alijs magistratibus, quibus resistere non possunt, non permittunt: cum scriptura subijci omnibus superioribus subditos iubeat. Omnes enim magistratus à Deo sunt: Omnia ergò subijci necesse est, Rom. 13. Hinc fiunt subditorum vastationes, deprædationes, quorum malorum rei sunt principes, dum prohibent ne subijciantur, & interea defendere, contra eorum tyrannidem non possunt.

### LXIX.

Dispicer Spiritui Sancto & nobis eo licentiæ magistratus & principes quosdam abripi, vt quid libet sibi licere putent, iniquè & iniuste subditos opprimere, & bona eorum eripere, & deprædari contra ius & fas, cum scriptum sit: Non furtum facias. Principes stipendij estote vestri contenti, neminem concuriatis, Lucæ 3. Nolite prædam, iniustam exactionem, violentiam in populo tacere, Ezechiel. 45. Esa. 1. 5. 25. Væ qui prædatis, quia & tu prædaberis, Esa. 33. Achab & Iezabel occiduntur propter Naboth vineam ereptam,

necem

Principes  
non con  
tenti le  
gitimis si  
is rediti  
bus gra  
uiter pec  
cant.

necem & obalia scelera. David reum morti iudicat eū, qui ouicula m eripuit pauperi, 2. Samu. 12. Gratulatur Samuel, quod nihil iniquē à populo eripuerit, 1. Samu. 8. David volens sacrificare Deo nihil ab Arauphna Iebuſæo, ſubdito ſuo gratis auferre voluit, dicens: Emens emam à te pro præcio, neque offeram Deo hulocauſta gratis accepta. Nunc multi quod violenter contra legem naturæ eripiunt ſubditis, ex eo ſacrificare Deo & alere Scholas & miniſtros volunt, 2. Samuel. 24. Subiecti ſunt igitur & Reges legi naturæ: Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Arguit Spiritus hæc quoque mala in principibus, quod crapulam & ebrietatem ſectentur, & ſine ullo Dei timore & iudicio, in crapula, ebrietate, commellationibus viuunt, vt aulici epulones, Rom. 13. Luc. 21. Eſai. 1. 5. cum Reges, Caſares, Balchaſar, Darius, Alexander Magnus, Attila & alij turpi & fœda morte propter crapulam & ebrietatem extincti ſint. In Eſai. verò cap. 1. 15. & Hab. 1. 2. Daniel. 5. 6. Maniſta ſit prohibitio ebrietatis, & arguantur reges qui alios vino & crapula uſque ad vomitum in conuiujs replent. Hab. 2. Væ ei qui potum præbet ſocio ſuo adhibens fel ſuum in ebrians, vt videas turpitudinem eorum. Satiatus es & magis gloriaris ignominia ebriſorum quàm gloria & honore, bibè ergo & tu vt turpis fias. Verſabitur ſuper te calix dextræ Domini, & vomitus ignominioſus ſuper gloriam tuam, Eſa. 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem: Væ qui iuſtificat & abſoluit iniuſtum, homicidam, adulterum

propter

*Alic fœda principum vitia*

propter munus propterea vt ſtipulam, ita ignis Dei deuorat vos, quia legem Dei abiieciſtis & propter hoc malum in captiuitatem eſt ductus populus. Reges itaq; iuſti, vt & principes, aulicoſq; & ſeruos iuſtos habeant, & timentes Dominum, oportet, Eſa. 31. Pſalmo 101. 2. Sam. 23. Impij aduſores, malefici, ſuperbi, ebriſi, paraſiti non miniſtrabunt mihi, Prouer. 20. 21. 22. 25. 26. 29. Rex iuſtus & ſapiens, diſipat impios. Fornicatio, ebrietas, vinum, auferunt cor. Oſæ. 4. Pio & ſancto uſu quoq; Sacramentorum & verbi Dei auditione, tanquam luminaria principes præire ſubditis debent. Sicut David in his Dei cultibus primus erat.

L X X.

Sicut igitur Prophetæ & Apoſtoli, palam & maniſteſtè, reſtiterunt impijs regibus, & principibus & cotiam peccata eorum repræhenderunt, ita & nunc reges & principes argui Dominus maniſteſtè vult & precipit, Eſai. 1. 5. 26. 58. Væ ergò paſtoribus peccata principum diſſimulantibus, aulicis & aduſoribus, qui ad placitum regum, principum loquantur, & docent, vt ſacerdotes Baal, Luci, Iezabel, ipſi Achab, Sedechiæ ad placitum mendacia prophetantes occiſi ſunt, Michæas, Elias & Eliſæus propter veritatem affliguntur. Et nunc igitur Iechoniæ multi falſis cornibus vaticinantur, & ventilant hoſtes, Michæam autem cœdunt alapis, propter veritatem, 1. vel 3. Reg. 18. 19. 22. Vtinam Michææ Spiritu dicerentur, qui regibus prophetant. Nam cum

L

admone-

*Vitia principū taxanda.*

admoneretur, ut cum Prophetis falsis regi Achab, & Iosaphat adularetur, respondit: Viuit Iehoua, quia quodcumq; dixerit Iehoua ad me hæc loquar: ut nostram conscientiam coram tribunali Dei liberaremus, ideò in his articulis & regum vitam ex ore Dei describere voluimus, ne putarent quidlibet sibi ipsis licere. Licet à Pilati præfidis & Regis, Herodis satrapis Christus spoliatur, illudatur, & nudus patibulo suspendatur, tamen Ioseph & sanctæ mulieres non desunt cum viduis, quæ corpus Christi vngant, inuoluant sindone munda. Eripiuntur Ecclesiæ bona à membris Christi, sed tamen excitat Dominus mulierculas, canes, qui vlcera Lazari lingant, & vestiant nudos.

### LXXI.

Ex verbo igitur Dei, Prophetarum, Apostolorum, Ambrosij & Patrum exemplo idolatris, manifestè flagitiosis, ebriosis, fornicatoribus & maledicis principibus, nobilibus, militibusq; egregijs & subditis libertisq; & alijs interdiciamus verbi & sacramentorum vsum, si autem noluerint Ecclesiam audire, respiscere, emendari, pro publicanis & excommunicatis, iuxta Christi dictum habemus, Matt. 18. Nulla enim luci communicio cum tenebris. Exite illinc, vbi vos non receperint. Nolite sanctum dare canibus, Matt. 7. 10. 2. Thes. 3. Si quis non audit vos, non obedit vestro sermoni hunc notate, excommunicate. Ambrosius Theodosium Cæsarem excommunicauit, nostri autem Principes & Nobiles, neque

que reprehensionem publicam & generalem ferre possunt, sed sicut Deus non est respector personarum: ita pastores sine respectu personarum omnes ex ore Dei reprehendere propter peccata debent, Esai. 58.

### LXXII.

Inter cætera peccata principum nobilium & aliorum hæc sunt taxanda. Primum, quia non sanctificant Sabbatum, in primis regnum Dei, & iustitiam eius non querunt: neque Sacramento Cœnæ in cœtu publico uti volunt, sed priuatim: Dauid autem & pij Reges, in medio Ecclesiæ, in cœtu sanctorum primi erant inaudiendo Dei verbo, & oblatione sacrificiorum. Secundo, quia non sunt pij & diligentes Ecclesiæ nutritores: Christum denudatum non vestiunt, scholas, studiosos, & pastores de Ecclesiæ, & regni prouentibus non adiuuant. Tertio: In crapula, ebrietate, commestationibus viuunt, ideo manifestis flagitijs inquinatos, reos mortis, hæreticos, blasphemos, maledicos, adulteros, fornicatores, scorta, ebriosos, vastatores, maleficos, non tollunt, & iuxta Dei mandatum non puniunt. Quarto: Contra diuinam legem, contra iusticiam Dei, & legem naturæ, volūtarijs homicidis, & manifestè & iam habitu flagitiosis, in peccatis viuentibus dant gratiam, & iniustos, reos mortis, absoluunt, iustificant, propter munus & precio vendunt peccata, & pœnas peccati cōtra Deum, Esai. 1. 5. Leuit. 19. 20. Num. 35. Deut. 19. Noli dimittere eum impunitum, neque precium ab eo accipias,

L 2 qui

*Inter alia principum peccata, quæ grauiora sunt seruo & sape taxanda sunt à Ministris Ecclesiarum.*

qui reus est mortis, sed statim moriatur: Neque dederis gratiam & veniam illis si ad te confugiant, qui volentes occiderunt hominem, aut fornicati sunt, Deut. 19. Quia viuo ego Dominus, quia populum terræ, & principem parui pendentes mandatum meum, & nolentes occidere idolatras, hæreticos, maleficos, ego vertam faciem meam contra eos, & delebo: Iustificant ergo impium, qui reis voluntarijs, & notorijs dant gratiam propter munus. Dè his supra. Quinto: Non defendunt pupillum & viduam, subditos, cum ab illis precium defensionis, censum, vectigal, tributum, angarias, & indebita seruitia, non decimas, sed quintas exigant, Psal. 101. Esai. 45. Deut. 1. 10. Non faciunt iudicium & iusticiam: hoc est, peccata legitime cognoscere, legem administrare nolunt, iustos ab iniustis distinguere nolunt: Neque iusticiam, id est, executionem iustitiæ: maleficos lege condemnatos non occidunt, & contra iustos lege absolutos, non defendunt, sed propter munus multi principes, iudices, iustorum causas, & iusticiam peruertunt, vt in regno Antichristi, Esai. 1. 5.

LXXIII.

Etsi autem Ecclesia vera alligata est verbo Dei, hoc est, scriptis Prophetarum & Apostolorum, & ædificata est in Christo, super petram, iuxta illud: Ad legem & testimonium meum. Scrutamini scripturas, quia illæ sunt, quæ de me testantur, Ioan. 5. Ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, Ephe. 2.

*Scripta  
patrum or  
thodoxorū  
& recen-  
tium Do-  
ctoꝝ vi-  
rorum sa-  
nacōmen-  
taria cum*

Ephe. 2. Tamen scripta Patrum ab Ignatio vsque ad Bernardum, qui Græcè & Latinè scripserunt, quatenus horum scripta symbolo Apostolico, & scripturis sacris consentiunt, & sunt fideles Bibliorum commentarij, & expositiones, cum scriptis & confessionibus, commentarijsq; doctorum virorum, qui post reuelationem per Lutherum factam scripserunt in Ecclesia Christi, quatenus & horum commentarij & confessiones, symbolo Apostolico, & Biblijs sacris consentiunt recipimus, & approbamus. Nam agnoscimus piam & catholicam interpretationem scripturarum donum Dei esse, 1. Cor. 12. Et interpretes, Doctores, Euangelistas, commentatores, sanos & rectos cœlitus Ecclesiæ donati, & mitti, Ephe. 4. 1. Cor. 12. Psal. 68. Stultè, stolidè, & temerè igitur faciunt, superbi & rudes, scioliq; Seruetiani, qui sua stercorea, stultas opiniones, & iudicia cæca, putidas confessiones, & expositiones barbaras, dissonasq; à veritate scripturæ, Patrum orthodoxorum, doctorum fidelium, Academiarum piarum, Helueticæ, Geneuensis, & Saxonicæ Ecclesiæ Pastorum & Doctorum iudicij, scriptis, & confessionibus præferunt. Imò, etiam manifestè scripturæ testimonia repugnantia opinioni & hæresi Serueticæ detorquent, & obscurant. Symbolum autem Apostolicum, Nicænum, Athanasij, Damasceni, quæ veritati scripturæ consonant rejciunt. Inter reliquas vero confessiones recepimus & subscripsimus Helueticæ

*gratiam  
actione  
amplecti-  
mur &  
recipimus*


Vugarica  
Ecclesia  
Heluetica  
rum Ec-  
clesiarum  
confessione  
subscri-  
pserunt.

Helueticæ confessioni, Anno Domini 1566. editæ,  
cui & Ecclesiæ Geneuensis Ministri subscripserunt. Et  
quicumque confessionem nostram in Synodis confir-  
matam, & hanc cōfessionem Helueticam Tiguri edi-  
tam, aut Articulos hos, ex verbo Dei temerè reiecerit,  
soluerit, & contrarium docuerit, iurisdictione  
Ecclesiastica puniendū  
statuimus.

*Articuli Denuo editi, et in generali Syno-  
do Varadini approbati et publicati  
Anno 1591. 6. Junii.*



B.



*Vngarica  
Ecclesia  
Heluetica  
rum Ec-  
clesiarum  
confessione  
subscri-  
pserunt.*

Helueticæ confessioni, Anno Domini 1566. editæ,  
cui & Ecclesiæ Geneuensis Ministri subscripserunt. Et  
quicumque confessionem nostram in Synodis confir-  
matam, & hanc cōfessionem Helueticam Tiguri edi-  
tam, aut Articulos hos, ex verbo Dei temerè reiecerit,  
soluerit, & contrarium docuerit, iurisdictione  
Ecclesiastica puniendū  
statuimus.

*Articuli Denuo editi, et in generali Syno-  
do Varadini approbati et publicati,  
Anno 1591. 6. Junii.*



*B.*

L'ans deo Semper Anno 1606

is die Nouembres ada meng ar Goro  
Coronasia ac meng uole, ac Tedzak  
wafas Boordai fo furaak ar ay  
firaclandak ar Rakas miray.

ac fo in mbax  
Hocainak & Exch h'bol egidoro  
nat ar & Cebenj Baysaj ar Sigy  
naxi k'omak m'liya vacuata  
nak meng ay fas tallak regit  
Boordaj f'ot firaclandak

21	99	99
3	121	121
63	108	108
	99	99
	108	108

*(Decorative flourishes)*

Anno 1606

Alma die maerij Meesteren ay fah ay Bawant  
elica kimk ar fiv ember fo uole, ac k'it ule  
laba ember k'it modjawa ac f'ligh uole  
uole, ac uoleha p'engh bawant uole, ac m'ongh  
lot ar Chiri Gappan f'ijon k'it re.

Anno 1606: 2 die Aprilis.

Allica m'ongh lon r'omachi. V'icor/ban ay  
t'ijon k'it ay b'omius kimk m'ole laban  
ay f'it f'it f'it ar gat'ulhan m'ongh  
ay fo uole uole m'liya m'ongh f'it  
m'ongh l'at d.

Ala ki m'ongh akur k'it k'it d'agad g'ay m'ongh  
m'ongh m'ongh m'ongh m'ongh m'ongh

